

M M M M M
M M M M M
M M M M M

FUROR DIVINO

VOL. IV

PEDRO AZARA

VOLUMEN IV

APENDICES

BIBLIOGRAFIA

A P E N D I C E S

PRINCIPALES TEXTOS DE MARSILIO FICINO REFERENTES

AL FUROR DIVINO: Original (transcrito) y traducción

INDICE DE LOS PRINCIPALES TEXTOS DE MARSILIO FICINO SOBRE EL FUROR
DIVINO

I. SELECCION DE CARTAS

- Gratia, Amor, Fides, Amicitia.
Marsilius Ficinus Naldio Poeta, S.D.
En Epistolarum, Lib. I, Opera Omnia, Vol. I, p. 630.

- Quatuor divini furoris species sunt, amor omnium praestantissimus.
Marsilius Ficinus, et Ioannes Caualcantes Naldio Naldio poetae, S.D.
En Opera Omnia, Vol. I, p. 830.

- De quatuor speciebus divini furoris. Item laudes Medicis Laurentis nerae.
Marsilius Ficinus Petro Diuitio literis et moribus ornatissimo, S.D.
En Epistolarum, Lib. IX, Opera Omnia, Vol. I, p. 929.

- Poeticus furor à Deo est.
Marsilius Ficinus Antonio Pellocto Baccio Vgolino, S.D.
En Epistolarum, Lib. I, Opera Omnia, Vol. I, págs. 634-635.

II. TRATADOS

- De Divino Furore
Marsilius Ficinus Peregrino Alio, S.D.
En Epistolarum, Lib. I, Opera Omnia, Vol. I, págs. 612-615.

III. SELECCION DE COMENTARIOS

In Phaedrum. Commentaria & Argumenta.

- Cap. I: Dispositio libri, Allegoria praecepta moralia. Duo in nobis duces atque daemones.
- Cap. III: De furore poetico, caeterisque furoribus et eorum ordine, coniunctione utilitate.
- Cap. XIII: Quomodo quatuor divini furores sunt invicem copulati, dij mundani, animae divinae atque humanae.

En Opera Omnia, Vol. II, págs. 1363-1364 / 1365 / 1375.

IV. SELECCION DE TRADUCCIONES

- Io Platonis Liber Vel de Furore Poetico a Marsilio Ficino translatus e Graeca Lingua in Latinam ad Lavretium Medicem Virum Magnanimum. (texto integro)

En Platonis Opera, Liber Quintusdecimus, págs. LXVII-LXX.

- Phaedrus uel de Pulcro:

- Divini Furores Quattuor (apartado integro)

En Platonis Opera, Liber XXVI, págs. CLXXXVI-CLXXXIX

Título completo de la Opera Omnia:

Marsilii Ficini Florentini, insignis Philofofhi Platonici, Medici, atque, Theologi clarifsimi, Opera & quae hactenus extitêra, & quae in lucem nunc primum prodiêre omnia: omnium artium & fcientiarum, najorunque et facultatum multifaria cognitione nefertiflima, in dues Tomos digelfta & ab innumeris mendis hac poftrema editio-

ne castigata: quorum feriem nerfa pagella reperies.

Basilea. Ex officina Henricpetrina (1557)

Localización: Biblioteca Central. Reserva.

Gratia, Amor, Fides, Amicitia

Marsilius Ficinus Naldo Naldio Poetae, S.D.

Volebam Nalde te Phoebi nunc appellare delitias, poesimque tuam multis, ut par est, laudibus prosequi, sed uenit in mentem, haud quequam Musam decere nisi Musa, et carmina nisi carminibus celebrari. Tacere autem tua peritus nequeo, quid me prouocat ad loquendum, amor ac fides, amorem igitur fidemque laudabo, gratia mouet amorem, amor fidem procreat. Fides amorem patrem suum fouet, atque hoc fomento ex amore generat amicitiam, denique amicitiam iam na tam alit fides eadem, et auget quotidie seruatque penitus indelebilem. Unde nam fieri hoc arbitramur? Quod cum caetera quanto magis senescunt, tanto etiam magis debilitentur, amicitia tamen ipsa quanto uetustior est, tanto robustior. Nunquid beneficia multa ultro citroque accepta id agunt? Nequaquam. Voluntas enim cum libera sit, libera emitur, uoluntate non pretio. Ergo diu probata fides, comprobat amicitiam, solaque fide fit ut beneuolentia et antiquissima simul et robustissima sit. Hanc mihi celebrare caeteris libet. Doctrina enim cuiusque propria unius est duntaxat, fides uero saltem est duorum, qui enim sapis, tibi ipse sapis, fi delis autem tibi es et mihi. Vale mi Nalde fide fidelior, et amice omnium antiquissime. Atque in familiaritate Bernardi Oricellarij docti probique uiri perseuera. Memento quotiens una uel legitimum ciuem, uel felicem uirum excogitauimus, totiens te centum uirorum millibus Oricallarium, consentiente Marsilio, antepone consueuisse. Iterum Vale. 8. Aprilis. 1478.

Quatuor diuini furoris species sunt, amor omnium praestantissimus

Marsilius Ficinus, et Ioannes Caualcantes Naldo Naldio poetae, S.D.

Redditas nobis sunt elegantissimae litterae duae, ea ipsa ora, qua Luna Marti ad rectam lineam ingebatur. Quis nam putauisset quantum ex ipso coelo coniectare licebat eas lunari quadam instabilitate uagari, atque Marij furoris odijque plenas esse debere? Contra uero omnine se habent nempe non infimo Lunae motu pererrant, sed sublimis Uraniae Calliopaeque concentibus mirifice temperantur. Non Martis ardent sed Veneris igne. Non odio seruent sed charitate. Qua in re plane perspicimus uerunt essent Poeticum illud atque Astronomicum, Martem scilicet a Venere uinciri atque domari. Verum quoque id Theologicum, diuinum uidelicet furorem tanquam coelestibus motibus superiorem haud quaquam parere syderibus sed imperare. Cum uero diuini furoris species, ^cUt Platoni nostro placeat? Quatuor sint, Amor, Vaticinium, Mysteryum, Poesis. Atque amor Veneri, uaticinium Apollini, mysteryum Dionysio, Poesis Musis attribuat. Amor ipse diuinus, quo tu correctus ad nos scribis, omnium praestantissimus duabus de causis iudicatur, altera quidem, quod furores caeteri absque amoris instinctu ad eam ipsam rem circa, quam furore animus concitatur, neque comparantur unquam neque seruantur. Altera uero quod amor cum arantem transferat in amatum, quotiens ad superiora dirigitur, mentem cum Deo propius, qua furores alij copulat. Quod si amatorium hunc furorem tuum pro dignitate laudare aggrediamur. Poetico nobis furore opus erit. Quoniam uero Musae nobis in praesentia non aspirant, quod non possumus laudare Poesi, amore certe mutuo probamus, semperque probabimus.

De quatuor speciebus diuini furoris. Item laudes Medicis. Laurentis uerae.

Marsilius Ficinus Petro Diuitio literis et moribus ornatissimo, S.D.

Cum iamdiu Platonem nostrum in conuiuio audiuiſſes de amore latissime disputantes, desideraresque praetera compendiariam quandam de amore sententiam, libellum dedi legendum hac de re nobis in adolescentia poetica facultate praestantem nostra compositum ad peregrinum, alium adolescentem. Memini equidem quam mirifice delectabar is audire amorem ipsum reuera non esse libidinem, sed furorem, tanquam genus quoddam, quatuor in se species continere. Amorem poesimque et uaticinium, atque Myſterium. Et amorem quidem a Venere, a Musis uero poesim, sed ab Apolline uaticinium, a Dionysio Myſterium proficisci. Qua denique ratione alia hominum ingenia ab alio plurimum alioque numine uarijs furoribus agitentur. Reliquum erat ingeniosissime Petre perquirere, nunquid ingenium idem a pluribus, ut ita dixerim, Dijs simul afflatus possit, uarijs in de furoribus concitatum?. Iam uero de amore quidem atque poesi quaestio non admodum difficilis esse uidetur. Nam Homerum, Pindarum, Callimachum, Sapphon, Maronem, Poetico simul amatorioque inflicto percitos fuisse non dubitamus. Vaticinio insuper Epimenidem, atque Sibyllam. Sed praeter haec etiam mysterijs inspirari, soli, ut aiunt, dijs geniti potuere, qualem Gentes Orpheum, qualem nostri Daudem fuisse tadunt. Cognouimus et nos ingenium nostro seculo felicissimum, quatuor has aequae furorem dotes a quatuor numinibus consecutum, poeticum sane, amatoriumque spiritum sub Musis Venereque coelesti iamdiu in ipso adolescentiae flore concepit. Quod quidem ubique suauissimi cantus et miranda prorsus eius carmina personat. Sed uaticinium hausit ab Apolline iam adultus, quo certe mirabili quadam mentis sagacitate coelitus insita,

frequenter futura discrimina, priuatim publiceque, praesagiens, medicam periculis manum adhibet, et Phoebæ statim uirtute medetur. Mysticum uero furorem a Dionysio prope iam maturus feliciter est adeptus. Dionysiam ebrietatem Theologi ueteres excelsum mentis definierunt, a rebus quidem mortalibus segregat, secreta uero diuinitatis Mysteria penetrantis. Bacchus amat colles. In collibus Ambre Agnanaeque uallens Laurens ille Phoebus Dionysio nectare passim ebrius debacchatur. Tum uero afflatus ex alto coelectia super hominem carmina fundit ore rotundo, profunda quorum sensa nullis unquam penetrare fas est, nisi ingenijs simili quodam furore correptis. Rapiunt uero secum noster ille Patronus, nonnullos interdum attentius atque felicius audientes, in eos uidelicet praeter caeteris ubertate furoris exuberans. Qua uero ratione percitus ipse numine alios ferme similiter concitare ualeat, docet Plato noster in libro, qui inseribitur Ion. Vbi ingenti euidam Herculeo lapidi ferreum anulum subdit exiguum, mox facile rapiendum, primo statim annulo subnectit secundum, tertium uero secundo, quartumque deinceps. Catheramque conficit annulorum a magnete subinde pendentium per quos attrahendi uirtus a priore deinceps in consequentem repente transfunditur. Eadem ratione putat a Phoebæ Musam rapi, ab hac poetam, a poeta corripit similiter audientes. Mysterium hoc his forte carminibus Virgilius imitatur. Quae Phoebæ Pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo praedixit, Vobis Suriarum ego maxima pando. Sed Surias in praesentia moninaste nolim, ubi non de Suriarum, sed de Gratiarum furore tractamus. Quo quidem Patronus noster abundans, Petre felix, et te pariter atque me, caeterosque suos obseruatores afficit protinus, affectos corripit, correptos occupat, occupatos mos incomparabili quadam uoluptate perfundit. Quamobrem tanto beneficio hinc affecti in ardentissimo eius amore perseueremus, in quo singulariter amando, diuinum quotidie reportamus instinctum. XVVV. Iunij. M. CCCC. XCI.

Poeticus furor a Deo est.

Marsilius Ficinus Antonio Pellocto Baccio Vgolino, S.D.

Cum legeremus ego et Antonius Calderinus una et Bindaccius Ricasolanus familiares mei quae uterque uestrum in Caroli Marsupini laudes Musarum alumni composuit, consensimus uerissimam esse illam Platonis nostri sententiam. Poesim non ab arte, sed a furore aliquo proficisci. Et si nihil opus est rationibus, ubi res ipsa in promptu est, dicam tamen quod ratio Platonica persuadet. Plato de furore diuino in Phedro et Ione disputat, cuius tria potissimum affert signa. Primum, quod artes singulas singuli homines sine Deo longo uix tempore assequuntur. Legitimi uero Poetae, quales fuisse uult Orpheum, Homerum, Hesiodum, Pindarum, omnium artium suis operibus certa quaedam inditia, et argumenta inseruerunt. Secundum, quod multa furentes canunt, et illa quidem mirabilia, quae paulo post deferuescente furore ipsimet non satis intelligunt, quasi non ipsi pronunciauerint, sed Deus per eos ceu tubas clamauerit. Tertium, quod non prudentiores uiri et ab ineunte aetate eruditiores optimi euasere poetae. Verum insani potius aliqui, qualem fuisse constat Homerum atque Lucretium aut rudiores, qualem se fuisse testatur Hesiodus, et quales extitisse Ionem, et Tynnicum Chalcideum scribit Plato. Qui praeter artem subito in rebus Poeticis mirandi prodierint. Addit ineptissimos quosdam homines a Musis ideo corripit quia diuina prouidentia declarare uult, hominum generi non hominum inuenta esse praeclara poemata, sed coelestia munera, cuius illud affert signum in Phedro, quod nullus unquam licet diligentissimus, et in omnibus artibus eruditus excelluit in poesi, nisi ad haec accesserit feruentior illa animi concitatio, quam sentimus quando Est Deus in nobis agitante calescimus illo Impetus ille sacrae semina mentis habet. Valete. 4 Martij. 1473.

DE DIUINO FURORE

Marsilius Ficinus Peregrino Alio, S.D.

Tertio Calendas Decembres Ficinus Medicus pater meus duas epistolas tuo nomine ad me Fighinium attulit, alteram quidem soluis oratione scriptam, uersibus alteram, quibus profecto legendis effectum est, ut nostris temporibus admodum gratularer, quod eum adolescentem protulerint, cuius fama et gloria illustrari possint. Equidem, Peregrine mi suauiissime, quum aetatem tuam pariter, et ea quae abs te quotidie proficiscunt considero, non solum tantis amici bonis gaudeo, uerum etiam uehementer admiror, atque haud scio, ut recentiores istos omittam, quis nam e priscis illis quorum memoria ueneramur, tantum in ea, qua tu nunc es aetate profecerit, id uero non art. modo ac studio, sed et multo magis diuino illo furori, sine quo quenque magnum umquam fuisse uirum, Democritus ac Plato negant, adscribo. Quo te afflati, ut ita dixerim, ac penitus corripit, concitatiores quidam motus affectus que ardentissimi, quo scripta tua exprimunt, argumento esse possunt, atque hanc ipsam, quae externis motibus sit concitationem, potissimum Philosophi ueteres argumentum esse uoluerunt uim quandam in animis nostris esse diuinam. Sed quoniam a nobis de furore mentio facta est, ea de re Platonis nostri sententiam paucis, et ea breuitate, quam epistola exigit, referam, ut quid furor sit, quot in partes deducatur, et quis cuique furori Deus praesit, facile intelligas quod quidem tum uoluptati, tum etiam utilitati maxime tibi fore confido censet igitur ille animum nostrum, prius quam in corpora laberetur, ut etiam Pythagoras, Empedocles, atque Heraclitus antea disputauerant, in caelestibus sedibus extitisse, ubi ueritatis contemplatione, ut So

crates in Phedro inquit, nutriebatur, atque gaudebat. Quumque ij quos paulo ante memoravi Philosophi, Deum summum fontem quendam, ac lumen, in quo rerum omnium exemplaria, quas ideas nominant, elucescant esse, a Mercurio Trismegisto Aegyptiorum omnium sapientissimo didicissent, necessarium fore putabant animum aeternam Dei mentem assidue contemplantem, rerum quoque omnium naturas clarius intueri. Videbat igitur animus, inquit Plato, ipsam iustitiam, uidebat harmoniam, et quandam diuinae naturae mirabilem pulchritudinem, atque has omnes tum ideas, tum diuinas essentias, tum primas naturas, quae in aeterna Dei mente sint, nominar, quarum perfecta quadam cognitione hominum mentes quandiu illic degunt, faeliciter nutriantur. Quum uero ob terrenarum rerum cogitationem appetitionemque animi ad corpora deprimuntur, tunc qui prius ambrosia, ac nectare, id est, Dei cognitione perfectoque gaudio nutriebantur, continuo in ipsa deseensione flumen lethaeum, id est, obliuionem diuinorum haurire dicuntur, nec prius ad superos, unde terrenae cogitationes pondere deciderant, reuolare, quam diuinas illas, quarum obliuionem susceperant, naturas recogitare coeperint; id autem duabus uirtutibus, ea uidelicet, quae ad mores, ea insuper, quae ad contemplationem pertinent, assequi nos Philosophus ille diuinus existimat, quarum alteram communi uocabulo iustitiam, alteram uero sapientiam nominat. Quapropter geminis inquit, alis, has, mea quidem sententia, uirtutes intelligens animos ad superos euolare, easque duabus similiter philosophiae partibus, actiua, scilicet et contemplatiua consequi nos in Phaedone Socrates disserit. Vnde ipse idem in Phaedoⁿ sola, inquit, Philosophi mens recuperat alas. In hac autem ipsa alarum recuperatione abstrahi a corpore illarum ui animum Deoque plenum ad superos trahi, ac uehementer anniti. Quam quidem abstractionem, ac nixum, Plato diuinum furorem nuncupat, eumque quatuor in partes distribuit: neque enim diuinorum putat unquam homines reminisci, nisi quibusdam eorum, quasi umbris,

atque imaginibus, quae corporis percipiuntur, sensibus excitentur. Itaque Paulus ac Dionysius Christianorum Theologorum sapientissimi, inuisibilia Dei asserunt, per ea quae facta sunt, quaque hic cernuntur, intelligi: divinae uero sapientiae imaginem esse Plato uult hominum sapientiam. Diuinae harmoniae imaginem hanc ipsam, quam uocibus instrumentisque musicis fingimus harmoniam diuinae autem pulchritudinis eam, quae ex partium membrorumque corporis aptissima compositione conficitur, convenientiam uenustatemque imaginem esse censet. Quum uero scientia nullis, aut certe perpauca hominibus adsit, nec ullis corporis sensibus comprehendatur, efficitur ut diuinae sapientiae similitudines apud nos perpauca sint, et hae quidem sensibus nostris occultae, ac prorsus ignotae. Quapropter Socrates in Phaedro simulachrum, inquit, sapientiae oculis nullo modo posse, quod si cernatur, mirabiles amores diuinae illius, cuius in simulachrum est, penitus excitaturum. At uero pulchritudinis diuinae similitudinem oculis cernimus, harmoniae uero imaginem auribus annotamus, quos Plato sensus omnium, qui per corpus fiant, perspicacissimos arbitratur, quo fit, ut ijs, quae corporibus insunt, quibusdam quasi simulachris in animum per sensus corporis haustis reminiscamur, quodammodo rerum earum, quas extra corporis carcerem constituti antea noueramus. Quae quidem recordatione exardescit animus, alasque commouens, iamiam a corporis cogitatione sordibusque sese paulatim emaculat, diuinoque furore prorsus afficitus, atque ijs duobus sensibus, quos paulo ante commemorauimus, geminae furoris species excitantur. Etenim pulchritudinis specie quam oculi porrigunt, uerae atque intelligibilis pulchritudinis quandam quasi recordationem recuperantes, eam ineffabili occultoque mentis ardore desideramus; hunc denique Plato diuinum amorem uocitat eum, diffiniens profectum ex aspectu corporeae similitudinis, desiderium ad contemplandam rursus diuinam pulchritudinem redeundi. Praeterea necesse est eum, qui sic afficitur, non

modo supernam illam pulchritudinem desiderare, uerum etiam eius, quae oculis patet, aspectu admodum delectari. Sic enim natura institutum est, ut qui aliquid appetit, eius quoque similitudine delectetur, at istud crassioris ingenij corruptionisque naturae proprium esse putat si quis umbras duntaxat uerae illius pulchritudinis concupiscat, nec aliud quicquam, praeter illam, quae oculis offertur speciem admiretur; hunc enim eo amore, cuius petulantia atque lasciuias comes est, affici uult, eum diffiniens irrationalem atque insolentem eius, quae sensu percipitur, circa corporis formam uoluptatis cupidinem, et aliter hunc amorem diffinit ardorem animi, proprio quodammodo in corpore mortui in alieno uiuentis. Vnde amantis animum, inquit, in alieno corpore uitam ducere. Quod mirantes Epicurei, amorem diffiniunt nixum quendam corpusculorum, quas atomos uocant, sese ei, a quo simulachra pulchritudinis hausta sunt, penitus infundendi. Huiusmodi Plato noster amorem ab humanis morbis nasci dicit, et cura sollicitudineque plenum esse, eumque ijs hominibus couenire, quorum mens adeo tenebris offusa sit, ut nihil altum, nihil omnino egregium, nihil praeter fragilem ac fluxam corpusculi huius imaginem cogitet, nec auras respiciat, clausa tenebris, et carcere caeco. At quibus ingenium a corporis luto abstractum est, atque absolutum eiusmodi sunt, ut quum corporis cuiuspiam forma uenustasque obijcitur eius primo aspectu, utpote diuinae pulchritudinis similitudine, delectentur. Verum ex hac imagine statim in memoriam diuinam illam reducant, quam in primis admirentur, ac uere desiderent, cuiusue ardentissimo desiderio ad supera rapiantur. Atque hunc primum euolandi conatum diuinam Plato alienationem furoremque noncupat. Haediam de eo furore, quae per oculos fieri diximus, fati esse uidentur, per aures uero contentus quosdam numerosque suauissimos animus haurit, hisque imaginibus admonetur, atque excitatur ad diuinam musicam, acriori quodam mentis et intimo sensu considerandam. Est autem apud Platinicos in

terpretes diuina musica duplex: alteram profecto in aeterna Dei mente consistere arbitrantur, alteram uero in caelorum ordine ac moribus, qua mirabilem quendam caelestes globi orbisque conuentum efficiunt, utrisque uero animum nostrum, antequam corporibus clauderetur participem extitisse, uerum ijs in tenebris auribus uelut rimulis quibusdam, ac cunctis utitur, hisque imagines, ut saepe iam diximus, musicae illius incomparabilis accipit. Quibus in eius qua antea fruebatur harmoniae, intimam quandam, ac tacitam recordationem reducitur, totusque desiderio feruet, cupitque ut uera musica rursus fruatur, ac sedes proprias reuolare, quumque id se quam diu tenebroso corporis habitaculo circumsepta est, adipisci nullo modo intelligat, eam cuius hic possessione frui nequit, nititur falsem pro uiribus imitari. Est autem haec apud hominis imitatio duplex. Alij namque uotum numeris uariorumque fonis instrumentorum caelestem Musicen imitantur, quos certe leues, ac pene uulgares musicos appellamus, nonnulli uero grauiori quodam firmiorique iudicio diuinam ac caelestem harmoniam imitantes, intimae rationis sensum notionesque inuersum, pedes ac numeros digerunt; bi uero sunt, qui diuino afflati spiritu grauissima quaedam, ac praeclarissima carmina ore, ut aiunt, rotundo prorsus effundunt. Hanc Plato grauiorem musicam poesimque nominat, efficacissimam harmoniae caelestis imitatricem; nam leuior illa, de qua paulo ante mentionem fecimus, uocum duntaxat suauitate permulcet; poesim autem, quod diuinae quoque harmoniae proprium est, uocum atque motuum numeris grauissimos quosdam, et ut Poëta diceret, delphicos sensus ardentius exprimit, quo fit, ut non solum auribus blandiatur, uerum etiam suauissimum, et ambrosiae caelestis similimum menti pabulum afferat, ideoque ad diuinitatem propius accedere uideatur. Oriri uero poeticum hunc furorem a Musis existimat, qui autem absque Musarum instinctu Poëticas ad fores accedit, sperans quasi arte quaedam Poëtam se bonum euasurum; inanem illum quidem, atque eius poësim esse censet, eosque Poëtas, qui caelesti inspiratione ac ui

rapiuntur, adeo diuinos saepenumero Musis afflatos census expro-
 mere, ut ipsimet postmodum extra furorem positi, quae protulerint
 minus intelligant. Atque, ut arbitror, Musas diuinus ille uir cae-
 lestes cantus intelligi uult, ideoque canoras et Camoenas a cantu
 appellatas esse dicunt. Vnde Musis, id est, caelestibus numinibus,
 atque cantibus diuini homines conciti, ad eorum imitationem poeti-
 cos modos ac numeros meditantur. Itaque in Republ. Plato quum de
 sphaerarum caelestium uolubilitate tractaret, singulas ait Sirenas,
 singulis ordinibus insidere, significans sphaerarum motu, ut Pla-
 tonicus quidam inquit, cantum numinibus exhiberi. Nam Sirem, Deo
 canens Graece recte exprimitur. Theologi quoque ueteres nouem Mu-
 sas octo sphaerarum musicos cantus, et unam maximam, quae ex omni-
 bus conficitur, harmoniam esse uoluerunt. Hac igitur ratione poe-
 sis a diuino furore, furor a Musis, Musae uero a Toue proficiscun-
 tur. Nam mundi totius animum saepenumero Iouem Platonici nuncupant,
 qui caelum ac terras, camposque liquentes, lucentemque globum Lu-
 nae, Titaniaque astra intus alit, totamque infusus per artus agi-
 tat molem, et magno se corpore miscet. Ex quo efficitur, ut a Io-
 ue totius mundi spiritu, ac mente, quomodo scelestes moues sphae-
 ras, atque regit; earundem quoque cantus musici, quas Musas nun-
 cupant, oriantur. Quapropter Platonius ille clarissimus; Ab Ioue
 principium Musae, Iouis omnis plena quoniam et ubique ille animus,
 qui Iupiter dicitur, uiget, atque implet omnia, et caelum, quasi
 citharam quandam, ut Alexander Milesius Pythagoricus inquit, exa-
 gitans caelestem efficit harmoniam; itaque Orpheus uates ille diui-
 nus, Iupiter, inquit, primus est, Iupiter nouissimus, Iupiter ca-
 put, Iupiter medium: universa autem Ioue nata sunt, Iupiter fun-
 damentum terrae ac caeli stelliferi, Iupiter prdijt masculus, Iu-
 piter incorruptibilis sponsa, Iupiter spiritus speciesque omnium,
 Iupiter radix ponti, Iupiter indefessi ignis motus, Iupiter Sol et
 Luna, Iupiter rex et princeps omnium, abscondens lucem, rursus emi-

sit ex almo corde operans cogitata. Ex quibus intelligitur, Iouem omnibus infusum corporibus continere, atque alere cuncta, ut non immerito dictum sit, Iupiter est quodcunque uides, quodcunque moueris. Sequuntur post haec reliquae furoris diuini species, quas ille bifariam diuidit, earumque alteram circa futurorum euentus, quod uaticinium uocat, uersari putat. Primum quidem furorem definit uehementiorem animi concitationem, in ijs, quae ad deorum cultum religionem, expiationem faerasque caeremonias pertinent perficiendis. Affectum uero mentis, qui eiusmodi furorem falso imitatur, superstitionem nominat. Postremam uero furoris naturam, in qua uaticinium ponit, nihil aliud esse putat, nisi diuino afflatu inspiratam praesensionem, eamque priori uocabulo, diuinationem ac uaticinium nominauimus. Quod si anima in ea ipsa diuinatione acrius exarserit, furorem nuncupat. Quu mens a corpore abstractu diuino instinctu concitatur. Si quis autem humana potius solertia et sagacitate, quaque diuina infusione futura praeuiderit huiusmodi praesensionem, prouidentiam, coniectionemque appellandam censeat, ex ijs omnibus iam perspicuum est, quatuor diuini furoris species esse. Amorem, poësim, mysteria, uaticinium, Amorem diuinum, amor ille mater uulgaris penitusque insanus, falso imitatur, poësim, leuior, ut diximus, musica, mysteria superstitio, diuinationem coniectio. Primum quidem furorem Veneri, alterum Musis, tertium Dionysio, postremum Apollini apud Platonem Socrates tribuit. Caeterum in eo furore, qui ad amorem diuinum poësimque pertinet, describendo duabus de causis longior esse malui, quod uidelicet utroque te uehementer agnoui, et ut memineris quae a te scribuntur ab Ioue, Musisque, quarum spiritu ac diuinitate compleris, non abs te proficisci. Quapropter, o mi Peregrine, iuste pieque feceris, si tu, ut hactenus, te egisse arbitror, maximarum, optimarumque rerum, nec te, nec alium omnino quenquam hominum, sed immortalem potius Deus autorem, ac principium esse cognoueris. Vale, ac tibi persuade nihil mihi te charius esse. Fighini Calend. Decembr. 1457.

In Phaedrum - Commentaria et Argumenta.

Dispositio libri. Allegoria praecepta moralia. Duo in nobis duces atque daemones.

Cap. I

Plato noster poeticae musae, quam tenera aetate imo ab Apollinea genitura sectatus est, furore grauidus, primum peperit librum totum pene poeticum et candidissimum candidissimus, et de pulchritudine simul atque amore uir pulcherrimus omniumque amore dignissimus. Vt merito caeteros quoque libros deinceps sediderit uenustatis, et gratias plenos, a Venerea musa exordium foelix auspatus solusque omnium uenustatem ubique cum dignitate coniunxerit. Quoniam uero plurima huius libri mysteria in Theologia, et libro de amore exposuimus, argumentum huius breuiter perstringemus. Symposium de Amore quidem praecipue tractat, consequenter uero de pulchritudine. At Phaedrus gratia pulchritudinis disputat de amore. Neque ab re omnino inserta est oratio Lysiae atque oratoria disputatio. Pulchritudo enim, et ad mentem, et ad uisum, auditumque pertinet. Quo fit ut ubi de animorum numinumque pulchritudine agitur. Itemque de pulchritudine corporis merito de orationis pulchritudine disputatetur. Atatim uero in ipso exordio Socrates interlocandum seria numium tradit praecepta. Omnia ob sapientiae studium penitus contemnenda. Potissimum sapientiae studium considerare seipsum. Inter haec artificiosissima loci descriptio allegorice signat Academiam, Platenus Platonem, Castum arbustum amoris Platonici et Socrati castitatem, fons incommunicanda, sapientia largitatem. Ornamenta caetera, oratiosque flores quibus academia Platonis abundat. Reprehenditur iure Lysias, quod qualis sit amoris affectus inquirat neque prius amorem ipsum definiret, neque distinxerit. Considera inter haec amoris Socratici pudicitiam, nonnulla enim minus honesta pronuntiaturus, obuoluto capite exor-

ditur. Mox inuocat musas, ut rem minus honestam ipse suo saltem splendore elocutionis honestent. Sed antequam turpem uituperes amatorem, ne in eodem sit, quo et Lysias crimine, turpem amorem definit, esse cupiditatem quandam, siue libidinem a ratione rebellem, quae superat amatorem ad recta honestaque tendentem et ad deformem rapiat uoluptatem. Set dum ad definiendum pergit, duo nobis tribuit duces, unum quidem appetitum uoluptati ingenitum. Alterum uero legitimum quandam opinionem acquisitam paulatim per disciplinam, et ad honesta ducentem. Verum hos nobis intrinsecos duces extrinseci duo monent Daemon quidem aereus opinionem. Aqueus uero libidinem. Posquam uero definiuit multis rationibus, adolentes a turpibus amatoribus segregat. Tum uero interea mirabile nota mysterium mosayco mysterio simile. Malorum plurimis in ipso statim principio daemon aliquis immiscuit uoluptatem. Quoniam uero non tam philosophicam, quam Poeticam agit personam, subdit se correptum a daemone quod amorem. Dei nomen uituperauerit. Idque facit, ut distincturus amorem poetico, potiusquam dialectico more distinguat. In his animaduertes grauissimum peccatum esse, in Dei nomen delinquere, rursus in animo esse presagium.

De Furore poetico, caeterisque furoribus et eorum ordine, coniunctione, utilitate.

Cap. IIII

Operae pretium uero post haec fore uidetur, mysteria quaedam huius libri praecipua paulo latius explicare. Ac primo quae de poesi caeterisque furoribus hic et in Phaetro praetermissi, nec alibi declarauit. Oportet ad furorem poeticum consequendum, quo et homines diuinis moribus instruantur mysteriaque diuina canantur animum futuri poetae sic affectum esse, ut sit quasi tener atque mollis. Praeterea ut sit intactus Amplissima enim est poetae prouincia

omniformisque materiae. Animus igitur seipsum formatu facillimum, formatori Deo subiicere debet. Quod quidem per mollem teneritudinem est expressum. At uero si ob eiusmodi facilitatem, alienas iam formas malasue susceperit, certe diuinis interim formari non poterit, propterea subiunctum est a Socrate, intactum, id est immaculatum, uacuumque prorsus esse debere. Sed cur nam poesim gradu furorum tertio numerauit? Primo enim uaticinium, secundo mysterium, tertio poesim, quarto amorem commemorauit. Quoniam uaticinium quidem, ad cognitionem praecipue pertinet. Mysterium ad affectum. Mysterium igitur sequitur uaticinium. Poesis autem ad auditum praeterea iam declinat. Neque prius antiqui poetae diuinis hymnos composuerunt, quam per uates, sacerdotesque admoniti, celebrare deos, precari, deprecari, gratias agere cogitarent. Quartus uero gradus furori dabitur amatorio, hic enim peruisum incitari solet, quo naturaliter utimur post auditum. Praeterea per uaticinium mysteriaque Deum agnoscimus tanquam bonum. Itaque mox diuina colimus, et poetice canimus. Furorem uero nondum concepimus amatorium, sed postquam attentius sensibilem pulchritudinem, impectauerimus, agnouerimusque diuinam. Deum tandem amamus ut pulchrum, quem iam pridem dilexeramus ut bonum. In Conuiuio quidem et Ioue furorum quatuor ordinem, quantum pertinet ad reductionem animae disposuimus. Hic autem quantum spectat ad ipsam furoris originem. Sed iuuat poetis paulo ulterius indulgere. Quicumque numine quomodolibet occupatur, profecto propter ipsam impulsus diuini uehementiam, uirtutisque plenitudinem, exuberat, concitatur, exultat, finesque et mores humanos excedit. Itaque occupatio haec siue raptus, furor quidam et alienatio non iniuria nominatur. Furens autem nullus est simplici sermone contentus. Sed in clamorem prorumpit, et cantus et carmina. Quamobrem furor quilibet, siue fatidicus, siue mysterialis, seu amatorius, dum in cantus procedit et carmina, merito in furorem poeticum uidetur absolui. Quoniam uero poeticus cantus

atque uersus exigit concentus harmonicos, harmonia, uero omnis intra nouenarium prorsus includitur, quod in Timaei musica declaramus, merito nouenarium musis numerum consecrauisse uidentur. Denique Socrates tribus furoris speciebus iam narratis, addidit plura se habere diuini furoris praeclara opera, id est miros amatorum furoris effectus. Amor erat reliquus. Solus certe nos amor patriae caelesti restituit copulatque cum Deo, quemadmodum in sequentibus apparebit. Quod quidem per Paulum Apostolum summopere confirmatur, ubi charitatem donis omnibus quantumlibet diuinis extra controuersiam anteponit. Sed Socrates antequam affirmet, nos per amorem caelo reddi, cogitur de conditione animae, tum diuinae, tum humanae multa differere. Primoque demonstrare rationalem animam, sempiternam, ut probare possit, hanc olim cum caelicolis diuinam pulchritudinem inspexisse, eiusque hic per sensibilem pulchritudinem reminisci. Atque hinc amore concitam ad sublimia reuocari, efficique beatam.

Quomodo quatuor diuini furores sunt inuicem copulati, dii mundani, animae diuinae atque humanae. Cap. XIII

Tertia uero a Musis, et caetera. Non immerito, in furore quolibet describendo, furorem quemlibet quodam pacto commemorauit. Sunt enim inuicem coniugati. Nam in mundo intelligibili illuminatoria Phoebi uirtus coniugatam habet prouocantem, et quasi calefactoriam. Bacchi uirtutem. In uirtute quidem illuminatrice uiget uirtus ad praesagium, et poesim, in prouocatrice uero ad amorem atque uota. Simile quoddam coniugium est in Solem, penesque Solem, Lumen enim colorque Apollinem referunt, atque Bacchum Solaris praetera uirtus per Nercurium quidem ad Musas, per Venerem uero prouocat ad amorem. Sed quomodo uaticinium sacerdotiumque significet, nunc

Astrologia concedatur, In nobis denique intelligentia uoluntasque sunt Germanae. Ad illam quidem uaticinium cum poesi, ad hanc autem mysteriale uotum pertinet cum amore. Quamobrem ex uaticinio saepe ad uota confugimus, ex uotis saepe consequimur uaticinium, et utrobique diuinos cum musa canimus Hymnos, utrobique ad diuinorum incitatur amorem, atque uicisim diuina semper ardenter amando, multa uaticinamur, mysteria efficaciter operamur, hymnos canimus admirandos. Eiusmodi poesim diuinitus nobis infusam. Plato etiam Philosophias praeponit, humanam uero procul ex urbe propulsat. Futura disputatio non solum de anima, sed etiam de diuinis ferme omnibus quamuis contentionis forte incredibilis uideatur, diuinis tamen, id est, sapientibus, est credibilis. Disputatur de anima diuina, et humana potissimum. Animae diuinae sunt, uel ipsi dij mundani, scilicet sphaerarum stellarumque animae. Vel animae quae semper sequuntur hos deos scilicet sublimes, animi in sphaeris mundi rectores, angeli, daemones, heroes, haec equidem animalia summatim daemonica libenter appello. Post haec sunt animae nostrae quae aliquando sequuntur deos, aliquando non sequuntur, et si qui inferiores daemones sunt eiusmodi. Patet uero maxime natura animarum diuinarum per opera, nostrarum uero per affectus, tum ad temporalia tum etiam ad aeterna.

Io platonis liber vel de fvrore poetico a marsilio ficino transla-
tus e graeca lingva in latinam an laurentivm medicem virvm magnani-
mum.

Socrates 10

Ionem saluere iubeo. Vnde ad nos accessisti? Numquid Aepheso uenis?
 10. Nullo pacto o Socrates, set Aepidauro ab Asclepiis. SO. Nunquid
 rapsodorum id ets eorumque carmina recitant certamen Aepidauri deo
 instituerunt. 10. Non in his solum, sed in alio quoque genere musi-
 cae. SO. Contende ergo nobiscum. 10. Quamobrem tecum contendam? pri-
 mis o Socrates premiis potiti sumus. SO. Probe inquis. Age ut in
 Palladis celebratione uictoriam consequamur. 10. Fient haec quidem
 si deus uoluerit. SO. Etenim o io, artem uestram semper plurimi fe-
 ci. Nam multifaciendum est, quod arti uestrae conueniat ut hornetis
 corpus et quam pulcherrimi appareatis, quodue oporteat in plurimis
 atque bonis poetis, et percique in Homero poetarum omnium optimo
 diuinissimo que uersari neque carmina illius solum uerum est sensa
 perdiscere. Numquam enim aliquis in rhapsodum euaderet, nisi ea
 quae a poeta dicta sunt intellexerit. Nam poetae mentem interpreta-
 ri rhapsodum apud auditores oportet fieri autem nequit ut hoc ille
 efficiatto qui poetae scientiam ignorauerit. Quare haec omnia plu-
 rimi facienda uidentur. 10. Vera dicis o Socrates, atqui in hoc plu-
 rimum laboraui, preaeclarissima sane praecaeteris de Homero me expli-
 caturum profiteor ut neque Metrodorus Lampsacenus neque Stesimbros-
 tus Thasius neque Glaucon neque aliquis unquam ueterum tot tamque
 praeclara Homeri sensa quot ego exponere queat. SO. Recte o 10.
 Constat autem quod nulla inuidia prohibebit quin haec mihi aperias.
 10. Auditum dignum est quam uehementer Homerum exhornando extulerim.
 Qua de re dignum ecce me censeo ab illis qui Homeri studiosi sunt
 corona aurea decorari. SO. Ocium profecto te audiendi quandoque
 nanciscar. Nunc autem ad hoc unum mihi responde. Vtrum circa Home-

rum solum an est circa Hesiodum et Archilochum id possis. 10. Circa Homerum solum satis, enim mihi ecce uerum. SO. Suntne aliqua de quibus Homerus et Hesiodus eadem referant. 10. Multa ecce arbitror. SO. Vtrum melius eaquam dicit Homerus an quam Hesiodus explicares. 10. Aequae de utrisque o Socrates in illis rebus in quibus eadem referunt. SO. Qui autem in his de quibus non eadem dicunt? ut puta de uaticinio Homerus atque Hesiodus uerba faciunt? 10. Et maxime quidem SO. Et in quo poetae isti consentiunt aut discrepant quando de uaticinio loquuntur utrum ipse melius quam peritus uates aliquis explicares. 10. Vates melius. SO. Si autem uates esses non illa tamen in quibus conueniunt uerum etiam in quibus dissentiant exponere posses 10. Patet. SO. Quid porro? num circa Homerus uehemens facundus que es? Circa uero Hesiodum dum aliosque poetas minime. An Homerus de aliis rebus agit? quam de iis quae et alii poetae tractant? Nonne multa quae ad bellum pertinent et quae ad consuetudines bonorum inuicem et malorum priuatorum atque opificum attinent enarrauit. Et de diis quem admodum seoum inuicem et cum hominibus uersant deque caelestibus passionibus progressibusque? Item quae apud inferos sunt deorumque et haeroum generatores cecinit? Nonne circa haec omnis Homeri poesis uersat? 10. Vera o Socrates loquaris. SO. Nonne eadem caeteri poetae decantant? 10. Eadem certe, sed non ita caeteri ut Homerus. SO. An forte deterius? 10. Multo deterius. SO. Melius ergo Homerus. 10. Melius certe. SO. O 10 lepidum caput cum multi de numero uerba faciunt et eorum aliquis recte dicit nonne potest quispiam ea in re benedicentem cognoscere? 10. Potest. SO. Numquid ille ipse qui male dicentem cognoscit an alius? 10. Ipse idem. SO. An non hic est qui arithmetica arte est praeditus? 10. Profecto. SO. Cum multi de cibis quales salubres sunt loquuntur et aliquis recte ea de re loquitur utrum alius quidam benedicentemque recte, alius maledicentemque male dicat, omnia ad uertet? An unus et idem? 10. Idem procul dubio. SO. Quis haec? Quod illi nomen? 10. Medicus. SO. Nonne summatim dicimus, cum plures

eadem de re loquunturque unus atque idem tam illum qui male quam illum, qui bene loquitur, internoscet; et nisi eum qui in eadem re aberrat cognoverit, numquam eum qui recte sentit agnoscet. 10. Profecto. SO. An non ipse idem in utrisque peritus est? io. prorsus. SO. homerum atque alios poetas, e quorum nuemro est Hesiodus et Archilochus, eadem referre afferis? Non tamen eodem modo sed melius Homerum? 10. Et vera loquor. SO. Si illum qui bene dicit cognoscis, eos qui male dicuntque errent intelligis. 10. Convenit. SO. Si ergo dicamus, o vir optime, Ionem circa Homerum aliosque poetas similiter peritum esse atque vehementem, nequaequam errabimus; quoniam quidem ipse iudicem eundem idoneum esse circa illos qui eadem in re versantur confitetur; poetas vero pene omnes eadem effingere. 10. Quamobrem, o Socrates, cum aliquis de alio poeta disserit, neque mentem adhibeo, neque quicquam a xistimatione dignum coniectare et conferre valeo, sed obscito protinus atque torpeo; postquam vero Homeri quis mentionem fecerit, conestim excitor atque mentem adhibeo et facultas dicendi suppeditare mihi videtur. SO. Nequaquam arduum est, o amice, huius causam coniectare. Constat enim quod neque arte neque scientia de Homero scire loqueris. Nam si arte de aliis omnibus poetis similiter loqui valeres, poesis enim est totum, nonne? 10. Est certe. SO. Nonne postquam aliquis aliam quamvis artem integram comparavit, aequae de omnibus que sub arte sunt iudicat? Eadem quippe de omnibus artibus considerandi ratio est. Vis tibi referam qua ratione id dicam? 10. Opto per Iove, o Socrates. Nam quotiens vos sapientes audio, miro quodam gaudio statim afficior. SO. Velim, o io, veritatem diceres. Verum sapientes vos rhapsodi fictoresque estis, et illi quorum vos poemata decantatis; ego autem nihil praeter veritatem loquor, quemadmodum decet pinguis minervae hominem. Nam, id, de quo paulo ante percontabar, intueri quam leue sit et facile cognitu. Quilibet id quod narrabam percipere potest, eodem videlicet pacto singula consideranda esse, siquis artem sibi integram comparaverit. Exempli causa. Numquid

pingendi ars totum quiddam est? 10. Est. SO. Nonne pictores multi, partim boni partim mali, et sunt et fuerunt? 10. Certe. SO. Vidiste ne aliquem et ea quae recte et quae non Bolygnotus Aglaophontis filius pinxit, sufficienter ostendere possit, quae vero pictores alii nequeat? Et siquis aliorum pictorum opus ostenderit, obdormiat neque facultas illi ad dicendum aliquid coniciendumque supperat. Cum vero de Polygnoto vel de uno quo vis alio pictore sit iudicandum, expergiscatur et mentem adhibeat et facultatem dicendi habeat? 10. Non, per Iovem. SO. Quid in fabris statuariis? Vidisti quemquam qui ea quae Daedalus Metionius aut Epheus Panopei filius aut Theodorus Samius uel alius quispiam statuarum faber bene est machinatus exponere uleat. In aliorum vero sculptorum operibus torpeat atque obmutescat? 10. Per Iovem numquam virum talem repperi. SO. At qui nec in tibiatarum flatu, ut arbitror, nec in pulsu cithare nec in cithareo cantu neque in rhapsodia virum intuitus es, qui Olympi opera vel Thamiri vel Orphei aut Ithacensis phemii rhapsodi exprimere possit; in operibus vero Ionis Tephessii deficiat neque percipere conferreque possit, quae bene et quae contra modulatur. 10. Quid in hoc tibi contra dicam non habeo. Sed tamen mihi ipsi conscius sum me prae caeteris hominibus pulcherrima de Homero referre neque deesse mihi dicendi copiam. Alios vero omnes hac in re me laudare; in caeteris vero nequaquam. Tu vero quid nam hoc sit vide. SO. Conspectio, 10, et quod mihi esse verum, tibi aperire incipiam. Ut bene de Homero loquaris ars tibi non praestat, ut modo dicebam; sed divina vis est quae te movet, sicut in lapide quem magnetem Euripides nominavit, nonnulli heracliam vocant. Qui lapis non solum ferreos annullos trahit, sed vim etiam annulis ipsis infundit, quae hoc idem efficere possint ac perinde ut lapis alios annulos trahere. Vnde longa plaerumque concatenatio ferri et enulorum invicem pendet et omnibus hic ex illo lapide vis attrahitur, ita ipsa musa poetas divino instinctu concitat: poetae conciti alios furore corripiunt. Quare es his omnibus series ipsa contextitur. Omnes ita-

que carminum poetae insignes non arte, sed divino afflatu omnia is
ta praeclara poemata canunt, et ut corybantes non sana mente sal-
tant, ita neque cantilenarum modulatores egregii sana mente hos can-
tus effingunt, sed ubi in harmoniam et rhythum insurgunt et occupa-
ti bacchantur, quem ad modum bacchantes faeminae mente non sana mel
et lac ex fluminibus hauriunt; sana autem mente haurire nequeunt.
Idque efficit illorum animus qui cantus effingunt quod ipsi refe-
runt. Aiunt enim nobis poetae quod a fontibus quibus mel scaturit
haurientes et a musarum uiridarum collibusque decerpentes carmina
ad nos transferunt, quem ad modum mel ex floribus apes et instar
apum uolare se afferunt. Qua in re uera loquuntur. Res, enim, leu-
is uolatilis atque sacra poeta est neque poetica prius canere po-
test quam deo plenus et extra se positus et a mente alienatus sit.
Nam quam diu mente quis ualet neque fingere carmina neque dare
oracula potest. Quasi poetae non arte praeclara haec canant quae
tu de Homero refers, sed sorte diuina in quisque recte efficere
possit ad quod musa quem piam incitauit, hic dithyrambos canit, lau-
des alicuius hic, ille hyporchimata choreasque, alius carmins, a-
lius iambos. In aliis uero illorum quisque rudis et ineptus est.
Non, enim, arte sed diuina ui haec dicunt, nam si de uno quoque ho-
rum per artem recte loqui scirent, de caeteris quoque omnibus idem
possent. Ob hanc uero causam deus illis mentem subripiens ipsis
tamquam ministris utitur oraculorumque nuntiis et diuinis uatibus,
ut nos qui audimus percipiamus non eos esse qui tam digna referunt,
cum suae mentis compotes minime sint, sed haec deum loqui et per
hos nobis haec inclamare. Huic autem rei euidentissimo argumento
esse potest Tynichus Calchideus qui antea poema nullum memoria dig-
num composuerat, hymnum autem in Apollinem quem omnes cantant om-
nium ferme cantilenarum pulcherrimum musarum inspiratione inuenis-
se se dicit; in hoc maxime deus ostendisse uidetur nobis dubitan-
dum non esse quin praeclara haec poemata diuina deorumque potius
quam humana hominumque sint opera, poetae autem nihil aliud sunt

quam deorum interpretes. Dum sunt furore correpti, a quo uis nimi
ne quis corripiatur. Quod quidem deus ostendere uolens de industria
per ineptissimum poetam, pulcherrimam cecinit melodiam. An non uera
tibi referre uideor? 10. Mihi certe. Atque animum meum his sermoni-
bus Socrates attingis et afficis. Ac diuina quadam sorte a diis poe-
tae insignis haec nobis interpretari uidentur. SO. Nonne uos rapso-
di poetarum scripta interpretamini? IO. Uera narras. SO. An non in-
terpretum interpretes estis?. 10. Sumus. SO. Animaduerte quid uelim
et hoc mihi responde o Io, neque id de quo te interrogabo mihi occul
taueris. Cum apte carmina refers et stupore percultos reddis spec-
tantes siue dum Ulixem super pauimentum suo limine insaltantem can-
tants et procis palam se ostendentem atque sagittas autem pedes
effundentem. Siue Achillem impetum in Hectors facientem seu dum mi
serabile quiddam et quaerulum circa Andromachem, uel Heccubam, uel
Priamum profers. Utrum tunc mentis es compos? An a mente alienatus!
Et rebus gestis quas refers afflatus animus interesse illis se co-
gitat, siue in Ithaca, siue apud Troiam sint gesta, seu quocumque
alio te carmina rapiant. Io. Perspicuam mihi coniecturam o Socra-
tes attulisti. Neque id occultaturus tibi recensebo. Quotiens enim
miserabile quicquam dico, lacrimis sparguntur oculi. Cum aliquid
terribile aut uehemens arrectae propter terrorem comae erigent at-
que cor salit. SO. Numquid mentis compotem eum uirum tunc esse as-
serimus, qui in sacrificis et celebrationibus pulchra ueste aure
isque coronis hornatus ploret; cum nihil horum amiserit? Aut formi
dat magis inter hostes quisquam soleat cum sit inter multos amicos
homines constitutus, neque ullus eum exuat neque iniuria ulla affi-
ciat. 10. Non per Iouem o Socrates si uera fateri uelimus. SO. Vi-
disti ne spectantium multitudinem iisdem is rebus quas agitis com-
moueri? 10. Vidi equidem plurimum atque aspicio semper superne ab
ipso subgesto et flentes et grauiter intuentes, atque his quae nar-
rantur stupercos. Et oportet ne ualde mentem iis adhibere. Nam
si illis lacrimas excutiam, ipse argentum suscipiens ridebo; sin

autem risum illis moueam, ipse argentum amittens flebo. SO. Vides ne spectatorem esse annulorum extremum, illorum inquam quos sub magnete lapide uim inuicem suscipere referebam. Medius autem es tu recitato et hystrio, primus autem est ipse poeta; deus uero per omnes istos hominum animum quocumque uult trahit, dum inuicem uim suspendit et traicit ex quo uelut ex illo lapide series longa dependet, qua e latere gradatim nectuntur hi qui in choro saltant et preceptores atque discipuli huiusque catenae a musa annuli suspenduntur. Ex poetis autem hic ex alia, ille ex alia musa suspenditur. Vocamus autem id nos occupari quod quidem illi proximum est; tenentur enim ab his utique primis annulis qui poetae sunt; alii rursus ab aliis corrpiuntur diuini que fiunt; nonnulli ab Orpheo, a Museo alii, nec pauci ab Homero accupantur atque tenentur; quorum o Io unus es qui ab Homero furore correptus es. Et si quis scripta alterius poetae cecinerit obdormiscis atque tibi dicendi deest facultas, si quis uero huius poetae decantauerit melodiam confestim excitaris, animus salit et dicendi facultats sufficit non, enim, arte neque scientia sed diuina quadam sorte et mentis occupatione, ea quae de Homero dicis recenses. Et quemadmodum corybantes illam dum taxat melodiam acute sentiunt, quae illius dei est, a quo rapiuntur ad eumque concentum decentibus uerbis et figuris abundant; alios uero contemnunt. Itaque tu, o Io, si quis Homeri mentionem fecerit, es in dicendo facundus; in aliis uero tibi copia deest. Eius itaque quod queerebas quamobrem circa Homerum copiosus es, circa alios deficis. Haec est causa, quoniam non arte, sed diuina sorte uehements es Homeri laudator. 10. Recte dicis, o Socrates. Admirarer tamen si tam acute dissereres ut mihi prorsus persuaderes lymphatum atque furentem Homerum laudibus celebrare neque, enim, furentis ut arbitror tibi uiderer, si me de Homero uerba facientem audires. SO. Atqui audire uolo. Neque tamen priusquam mihi responderis inter illa de quibus Homerus agit, de quibus potissimum bene agit, non enim de omnibus? 10. Optime nosti, o Socrates, quod nihil

est de quo non agat. SO. Non tamen ea bene tractat quae tu quidem ignoras, Homerus autem scribit. IO. Quae nam ista sunt quae Homerus quidem narrat, ego autem nescio? SO. Nonne saepe numero multa de artibus explicat? Veluti de aurigaria disciplina, si meminero illius carmina tibi recitabo. IO. At ego referam, memini enim. SO. Dic mihi quae mandat Nestor Antilocho filio cum illum monet ut in equestri cursu gratia Patrocli instituto currens caute flectat equos. IO. Declina ad leuam paulum dextrumque iugalem. Vrge plagis minitans manibus quoque lora remitte. Cum metam attigeris, flectatur leuus in arctum. Donec ad extremum circli peruenerit axis. Ultimus ac medium uita, nec tangito saxum. SO. Sufficiunt hec, o Io. Recte ne an contra in his carminibus Homerus loquatur, utrum melius an auriga perciperet? IO. Auriga proculdubio. SO. Vtrum arte hoc iudicium fiat an alio quopiam? IO. Non alio certe quam arte. SO. Nonne cuique arti facultas a deo tribuitur, certi cuiusdam operis iudicandi neque enim ea quae gubernatoria arte cognoscimus, medicina quoque percipiemus. IO. Non certe. SO. Naque etiam quae medicina perspicimus, architectura animaduertemus. IO. Non sane. SO. An non similiter in omnibus artibus quae una quadam arte comprehendimus, alia minime comprehendemus? Sed hoc prius mihi responde. Aliam et aliam artem esse asseris? IO. Assero. SO. Numquid eadem tu qua ego coniectura artes discernis? Nam ipse quidem cum haec aliarum, illa aliarum rerum scientia est, haec aliam illam aliam artem uoco. Tu uero. IO. Et ego. SO. Si enim eisdem de rebus scientia esset, cur hanc aliam et illam aliam uocaremus? Quoniam quidem eadem ab utrisque cognoscerentur? Quemadmodum a me percipitur quinque esse hos digitos et tu sicuti ego hoc idem animaduertis. Vnde si te rogarem utrum eadem arte arithmetica an alia haec eadem cognoscamus? Responderes utique quod eadem. IO. Certe. SO. Dic quod paulo ante interrogaturus fueram: utrum secundum omnes artes uideatur tibi dicendum quod eadem arte eadem cognosci necessarium sit; alia uero non eadem arte, sed alia quaedam quando quidem ars alia

ipsa est. 10. Ita mihi uidetur, o Socrates. SO. Siquis artem aliam
 quam assecutus non fuerit, dicta uel facta huius artis bene discernere
 nequaquam poterit. 10. Vera narras. SO. Ea carmina quae tu rettulisti
 siue bene siue male ab Homero canantur, utrum tu melius an auriga perciperet?
 IO. Auriga. SO. Recitator enim es, non auriga. 10. Nempe. SO. Recitatoria
 uero facultas ab aurigaria alia est. 10. Videlicet. SO. Quod si alia ars
 est, aliarum quoque rerum scientia est. 10. Aliarum profecto. SO. Quid
 uero cum Homerus illud affert quod Echamede Nestoris pellex saucio
 Machaoni medelae potionem porrigit, cui uinum pramnium infundit.
 Insuper atterit caseum caprinum aeneo quodam instrumento, farinam
 quoque caseo miscet. Et ad haec cepe obsonii loco apponit. Recte
 ne an contra haec ab Homero dicantur. Vtrum medicinae artis an
 recitatoriae iudicium est? 10. Medicinae. SO. Quid cum Homerus dicit:
 In mare se mersit retis thamantias instar. Quod trahit ad fundum
 plumbi subtexta grauedo. Muniti cornu sortem dans piscibus atram.
 Haec quid sibi uelint et utrum recte an contra dicantur, nonne ars
 piscatorum melius quam recitatorum animaduertet? 10. Constat quod
 ars piscatorum id iudicat. SO. Si praeterea me ita rogares: potquam,
 o Socrates, in Homeri carminibus inuenisti quae cuique istarum
 quae dictae sunt, artium iudicanda sunt. Age iam mihi reperi-
 as quae nam a uate uaticinioque iudicari conueniat, rectene an
 contra ab Homero sunt dicta? Aduerte quam facile ac uere tibi
 respondeam. Saepe numero in Odyssaea scribit praesertim es quae
 Melampodorum uates deos Theoclymenus aduersus procos fatur:
 O miseri, quid nunc heu uobis imminet atri. Dum mollem noctu
 capitis per membra soporem. Cuncta fremunt luctu, resonat
 plangoribus aer. Scissaque triste madent lachrimis manantibus
 ora. Vestibulum plenum est simulachris omnis et aula. Sub
 tenebris herebus riget, extinctoque per orbem, lumine uelatur
 tristi caligine caelum. Saepe numero est in iliade ut in murorum
 expungantione quam ad uatem pertinent tangit. Ibi enim sin inquit:
 Certabant danai troiae perrumpere muros. Alti uolansque Iouis pen-

debat desuper ales. Vnguibus incuruis rubrum complexa draconem. Pe-
 llebatque acies in leuam tum ferus ille. Respirans et adhuc trans-
 fixo pectore luctans. Ore petens aquilam perstrinxit uulnere guttur.
 Illa dolens anguem dimisit in agmina lapsum. Sauciaque in uentos
 pennis sublata refugit. Haec equidem dicam et alia homeri a uate
 consideranda iudicandaque esse. 10. Et uera quidem, o Socrates. SO.
 Et tu, o Io, uera narras. Age quemadmodum ego tibi ex Odyssea et
 illa de excerpsi quae ad uatem, quae ad medicum, quae ad pictorem
 pertinere uidentur. Sin et tu qui maiorem in Homeri scriptis peri-
 tiam habes, eligas et adducats in remedium quae sunt recitatoris
 propria, quae praeter alios homines ipsi considerare iudicareque
 conuenit. 10. Omnia, o Socrates, assero. SO. Non omnia tu supra
 dicebas, o Io. Num ita obliuiosus es? Atqui non decet recitatore
 hominem obliuiosum esse. 10. Quid nam obliuiscor. SO. Non memoria
 artem recitandi aliam ab aurigaria re dixisse? 10. Teneo. SO. Non
 ne cum alia sit alia cognituram es confessus? 10. Profecto. SO.
 Non igitur omnia perciet istem sermonem tuum ars recitandi neque
 ipse est recitator. 10. Immo omnia praeter talia quaedam. SO. Cum
 praeter talia quaedam dicis, praeter ea quae aliarum artium sunt
 ferme significas, sed quaedam cognoscet postquam non omnia noscit?
 10. Quae decens est ut uir loquatur quae mulier, seruus, liber,
 subiectus, princeps haec omnia noscet. SO. Quod decens est ut prin-
 ceps in mari nauicula tempestate oppressa afferat, recitatoriane
 magis quam gubernator cognoscet. IO. Non, sed gubernator melius
 hoc percipiet. SO. Sed ea quae decens est ut princeps in morbo lo-
 quatur, recitator melius quam medicus interlliget? IO. Neque haec.
 SO. Sed ea quae seruo conueniunt dicit. 10. Certe. SO. Si quae de-
 cens est ut dicat seruus buburcus dum de furentibus et efferatis
 bobus confabulatur, recitator ipse non bubulcus agnoscet. 10. Me
 quaquam. SO. Numquid ea quae decens est ut mulier de lanificio tex-
 tori referat. 10. Non. SO. Ea quae decens est ut uir dux exercitus
 dicat dum milites hortatur cognoscet? 10. Talia profecto sunt quae

recitator agnoscit. SO. Numquid ars recitatoria eadem est quae et
 imperatoris et exercitus? 10. Interlligerem equidem si opus esset
 quae imperatorem loqui decet. SO. Forte et imperatore facultatis
 peritus es. 10. Nam si equestri et citharedica simul disciplina po-
 lleres illos qui bene et qui male equitant cognosceres; et si te
 interrogarem, o Io, utrum arte equestre an arte citharedi illos
 qui bene equitant cognoscis? Quid mihi responderes. 10. Arte
 equestre. SO. Quod si eos qui bene pulsant citharam cognosceres,
 confitereris illos non equestri sed citharedica disciplina cognos-
 cere. 10. Preculdubio. SO. Cum uero quae ad imperatorem spectant
 intelligas utrum imperatoria an recitatoria iata calles? 10. Nihil
 mihi referre uidetur SO. Quomodo nihil differre dicis? Imperatoria
 et recitatoria artem unamen an duas ponis? 10. Una mihi uidetur. SO.
 Qui cumque igitur bonus est recitator est bonus imperator erit. 10.
 Et maxime quidem, o Socrates, SO. Num et qui exercitus imperator
 est optimus, idem recitator est bonus. 10. Nequaquam. SO. Illud
 tamen admittis quod quisquis recitator bonus est, bonus est impera-
 tor. 10. valde. SO. Nonne graecorum optimus es recitator? 10. Pla-
 ne, o Socrates. SO. Numquid graecorum optimus es imperator. 10. Cer-
 te, o Socrates, haec enim in Homeri scriptis didici. SO. Cur igi-
 tur per deos cum sis optimus graecorum omnium dux exercitus, opti-
 musque recitator, passim carmina modularis, militaris autem nus-
 quam? Numquid tibi uidetur recitator aurea corona decoratus pluri-
 mum usui esse grecis, imperator autem nullo pacto? 10. Nostra, o
 Socrates, ciuitas ues-rae subest a uobisque gubernatur et iccirco
 imperatore non indiget. Vestra autem et Ladedaeoniorum res me
 numquam in exercitus duces eligeret. Idoneos enim duces quos esse
 putati. SO. O optime. 10. Apollodorum cyzicenum non cognoscis? 10.
 Quem Apollodorum? SO. Illum scilicet quem saepe athenienses quamuis
 hospes esset imperatorem delegerunt, et Phanosthenem Andrium et He-
 raclidem Calconemium. Quos haec ciuitas licet peregrinos, quia uiri
 praestantes habentur praetura et aliis magistratibus ornat Ionem

uero Ephesium imperatorem non decernet neque honore afficiet, si uirtute praestare uisus fuerit. Quid uero nonne uos Ephesii prisca origine Athenienses estis. Ephesusque nulla ciuitate est inferior? Sed tu, o Io, siquidem uera praedicas et scientia arteque potes Homerum laudare, iniuria me afficis, quippe qui professus multa et pulchra Homeri scire teque ostensurum mihi pollicitus, me nunc decipis hac per multum habest ut ostendas siquidem nec quae sint ista quorum peritus es. Nec qua sis facultate instructus, aperire uis me diu iam obsecrante. Caetetrum tamquam Protheus uariis resultat, sursum deorsumue conuersus adeo ut postremo me subterfugiens imperator euaseris, ne mihi ostendas quo pacto tibi circa Homeri sapientiam facundia competat. Si enim arte tibi hoc inest, quemadmodum nunc dixi, pollicitusque exponere decipis certe, iniustus es meque iniuria afficis. Sin autem cares arte et sorte quadam diuina ab Homero raptus, cum nihil intelligas, multa et pulchra circa poetam hunc dicis. Ut ego de te iudicabam, nos facis iniuriam. Elige utrum mauis iniustus homo an diuinus potius appellari. 10. Longe differt, o Socrates, et multo pulchrius est iudicari diuinum. SO. Hoc itaque quod pulchrius est tibi apud nos inest, o Io, te scilicet diuinum potius quam artificiosum Homerum laudatorem esse.

Finis Ionis

PHAAEDRVS VEL DE PVLCHRO

PHE: Quidni? SO. Considera queso utrum amici tui oratio sic se an aliter habeat. Reperies eam nihilo ab eo eprigammate discrepare quod Midae Phrygio inscriptum nonnulli fuisse tradunt. PHE. Quid istud et quale? SO. Audi: Aenea uirgo sum Midae sepulchro imposta. Quoad aqua fluet arboresque uirescent, hic permanens preter euntibus muntiabo in hoc deplorato Midam iacere sepulchro. Quod uero hihil interest quemlibet eius partem ut primam uel ut ultimam ponere, ut arbitror tu ipse uides. PHE. Orationem nostram mordes, o Socrates. SO. Hanc ergo ne nobis succenseas dimittamus, quamuis in ea multa repperiri posse exempla uideantur, quibus inspectis utilitas novis ex hoc prouentura sit, ne talia imitemur. Verum ad orationes alias descendamus: habebat ille quidem non nihil, ut arbitror, quod a uiris dicendi studiosis sit obseruandum. PHE. Quid illud? SO. Erant utique contrariae: altera siquidem amanti, altera non amanti inhaerendum asseuerabat. PHE. Ac strenue quidem. SO. Quod uerius est te responsurum putaram, uidelicet ac furiose quidem. Caeterum quod quaerebam id ipsum est. Furorem quendam amorem uocauimus. An non? PHE. Certe. SO. Furoris autem duas species ponimus. Alteram ab humanis morbis. Alteram ex alienatione diuina, qua extra consuetam uitae institutionem quis rapirur. PHE. Omnino. SO. Diuinae autem partes quattuor, ut etiam dii praesunt quattuor. Et uaticinii quidem inspiratione Apollini. Mysteria Dionysio, poeti-cam musis, amatorium furorem Veneri et Amori omnium optimum tribuimus. Ac nescio quomodo, dum amoris affectum per imagines quasdam effingeremus, ueritatem forte aliquam attingimus, forte etiam alio transgressi sumus. Ideoque miscentes orationem non penitus improbabilem, fabulosum quendam hymnym composuimus et quasi ludentes meum ac tuum, o Phaedre, dominum Amorem pulchrorum praesidem puerorum modeste laudauimus. PHE. Haec mihi auditu non iniocunda. SO.

Hoc itaque inde accipiamus quo pacto a uituperatione ad laudes disputatio pertransiuit. PHE. Quonam modo id ais? SO. Mihi quidem uidemur caetera reuera lusisse. At si quis duarum specierum in quas modo ex fortuna incidimus, uim arte comprehenderit, opus non ingratum fuerit consecutus. PHE. Quas species dicis? SO. Vt in unam ideam conspiciens passim dispersa conducat, quo singula definiens manifestum reddat semper id de quo agitur. Quemadmodum nos in praesentia quid amor sit definiuimus, siue bene seu male id factum sit. Certe hinc disputatio nostra claritatem in se habuit constantemque sibi ipsi concordiam. PHE. Alteram uero speciem quam dicis, o Socrates? SO. Vt rursus secundum species articulatim pro rerum natura incidat neque imperiti coqui ritu ulla membra confringat? Sed perinde faciat ut superiores sermones fecerunt, qui concitationem mentis unam communem speciem acceperunt. Quemadmodum uero in uno corpore membra gemina eodem nomine nuncupantur, dextrum unum, sinistrum alterum sic et concitationis speciem in nobis natura unam sermones illi existimauerunt et prior ille quidem partem sinistram diuidens ac tutsus hanc patiens non prius destitit, quam ibi sinistrum quendam reperiret amorem inuentumque, ut par est, improbaret. Sequens alter in dextram furoris partem nos duxit, ubi amorem nomine priori similem sed diuinum inueniens et amplificans laudait tanquam bonorum nobis causam maximorum. PHE. Verissima loqueris. SO. Harum ego diuisionum collectionumque, o Phaedre, amicus sum, ut et intelligendi et loquendi sim compos. Ac si quem alium posse arbitror tum ad unum, tum ad multa pro rerum natura respicere, huius a tergo tanquam dei uestigia sequor. Atque eos qui id facere possunt recte an ne contra cognominem deus ipse nouit. Voco autem hactenus dialecticos. Nunc uero dic obsecro quo nomine pro tua Lysiaeque sententia nuncupari oporteat. An haec dicendi ars est? Qua Thrasymachus aliique usi sapientes et ipsi in dicendo fuerunt caeterosque reddunt tales, qui illis tanquam regibus offerre

munera uolunt. PHE. Regii quidem illi uiri, non tamen earum rerum periti de quibus interrogas. Sed hanc speciem recte sane dialecticam appellare uideris; rhetorica uero adhuc nos fugit. SO. Quomodo istud ais? Pulchrum ne aliquid erit, quod ab aliis alienum, arte tamen percipiatur? Haudquaquam spernendum id tibi mihi que est, sed dicendum. Quid sit reliquum in rhetorica? PHE. Per multa, o Socrates, in libris de arte dicendi compositis tradita. SO. Oportune commemorasti: prohoemium arbitror primam orationis partem esse uocandam. Talia quedam egregia illa ornamenta artis appellas? PHE. Sane. SO. Sequitur secundo loco narratio. Testimoniorumque assertio. Tertio Coniecturae. Quarto uerisimilia. Probationem quoque et approbationem, ut arbitror. Optimus orationum faber Bycantius uir induxit. PHE. Eximium dicis Theodorum. SO. Equidem. Hic etiam inuenit quo pacto in accusatione et defensione fieri et geminari redargutio possit. Egregium autem uirum Euenum Parium cur in medium non adducimus? Qui sub declarationes primus inuenit, collaudationes praeterea nec desunt qui dicant uituperationes huismodi quasdam carminibus memoriae gratia illum inserere. Vir enim sapiens est. Tisiam uero Gorgiamque ualere sinemus qui uerisimilia ueris anteposuerunt. A cui orationis efficiunt ut parua esse magna et magna uicissim parua, uetera item noua et nouissima uetera uideantur; breuitatem quoque loquendi concisam rursusque infinitam uerborum prolixitatem adinuererunt. Quae cum olim ex me audiret Prodicus, risit seque solum inuenisse asseruit, quibus uerbis ars illa indigeat. Egere autem neque paucis neque multis, sed mediocribus. PHE. Sapientissime respondisti, Prodice. SO. Hippiam uero nequaquam commemoramus. Arbitror enim cum ipso. Eliensem quoque hospitem consentire. PHE. Cur non. SO. Quid porro de musica Poli concinnitate dicemus? Qui geminationem uerborum, insignes sententias, comparationes similitudinesque inuexit. Nominumque usum ad orationis splendorem prout a Licymnione didicit. PHE. Prothagorae autem

scripta nonne talia quaedam erant, o Socrates. SO. Recta sane ac propria, o puer, Prothagorae elocutio et multa in stilo praeclara. In commiserationibus autem a senectute et paupertate commouendis Chalcedonius orator excelluit. In ira item concitanda et sedanda potens quasi incantatione, ut inquit, mulceret. In conficiendis soluendisque calumniis unde opus fuerit summus. De fine autem orationis omnes conuenire uidentur, sed hunc alii repetitionem, alii aliter nominant. PHE. Finem dicis summam supradicta omnia in orationis calce in memoriam iuditoribus reuocare. SO. Haec inquam et siquid tu aliud habes quod de hac arte dicas. PHE. Exigua quidem habeo neque memoratu digna. SO. Mittamus exigua; sed haec in lucem potius educamus, ut quam et quando artis uim habeant uidere possimus. PHE. Et maximam quidem, o Socrates, in hominum cetibus potentiam habent. SO. Habent profecto; sed, o beate, tu etiam uide utrum tibi horum uestis quemadmodum mihi rara dissutaque uideatur. PHE. Ostende modo. SO. Dic age. Siquis amico tuo Eruximacho uel patri eius Acumeno dicat in hunc modum: Ego quidem illa scio corpori ad mouere quibus et calescat pro arbitrio meo et frigeat. Vomitus quoque rursusque deiectionem et expurgationes alias prouocare, caeteraque huiusmodi multa intelligo quibus cognitis et medicum me esse profiteor et alium quemlibet medicum me facere posse. Quid illos responsuros existimae? PHE. Quidnam aliud quam percontaturos, nunquid etiam sciat quibus, quando, quousque singula horum sint adhibenda? SO. Ergo si dicat nullo modo se id intelligere, sed oportere eum qui ab ipso dedicerit talia quaedam facere posse, quid respondebunt? PHE. Certe huiusmodi hominem insanire, qui cum ex aliquo me dicorum libro audiuerit quandoque aliquid et in modelas nonnullas inciderit neque quouquam artis intelligat medicum euasisse se putat. SO. Quid uero si ad Sophoclem et Eurypidem diceret quis scire se parua de re prolixam orationem habere et contra de magna breuissimam et quotiens uelit misericordiam mouere atque eius contrarium:

horrorem et minas incutere caeteraque similia, atque his docendis tragicam poesim se docere putaret. PHE. Et hi, o Socrates, ut opinor, illum riderent, qui tragaediam aliud quioquam putaret esse quam horum compositionem et partibus inuicem et toti conuenientem. SO. Non tamen rustice, ut arbitrator, increparent; sed facerent perinde ac musious aliquis offendens hominem censentem se musicum esse, ex eo quod sciat quo pacto fides tum grauissime reddantur, tum accutissime hic enim non acerbe quidem diceret "o miser insanis"; sed utpote musicus sic mitius admoneret "o uir optime, necesse est omino haec illum tenere qui futurus sit musious". Nihil autem prohibet eum qui sic affectus est ut tu. De harmonia nihil penitus intelligere, nempe quae ante harmoniam necessaria sunt agnoscis, harmoniam prorsus ignoras. PHE. Rectissime. SO. Sic et Sophocles illum sibi obuium quae tragoediam antecedunt potius quam tragoediam habere diceret, et Acumenus medicus medicinae procedentia, non medicinam. PHE. Ita prorsus. SO. Quid uero? Si mellifluus Adrastus aut Pericles audirent quae nunc ipsi referabamus a Grae-gia uerborum artificia, breuiloqua, similitudines et reliqua illa quae in lucem producta consideranda iudicabamus, nunquid censemus illos quamadmodum nos prae rusticitate asperrime illis succensuros qui talia scripserit docuerintque tanquam rhetoricam facultatem? An potius utpote nobis sapientiores, nos ita increpaturos, "o Phaedre atque Socrates" non succensendum est sed ignoscendum, si qui disserendi. Ignari definire quid rhetorica sit non possit atque ita affecti, dum artem anteceptentia possident rudimenta, rhetoricam inuenisse se iactent et ea docentes oratoriam artem absolutam tradere profiteantur. Singula uero istorum ad persuasionem disponere totamque orationem contexere. Quasi in his praeceptore opus non sit oportere discipulos suos propria industria comparare. PHE. Talis profecto, o Socrates, ars illa uidetur esse quam isti tanquam rhetoricam docent et scribunt. Ac mihi uideris uera dixisse. Verum oratoris persuasorisque ueri artem quonam pacto et unde nobis uen-

dicare poterimus? SO. Consentaneum est, o Phaedre, forte etiam necessarium quemadmodum in caeteris ita et in hoc certamine peragendo perfectum esse. Quippe si tibi natura ut sis orator tribuerit accedente doctrina et exercitatione excellens eris orator. Siquid uero tibi horum defuerit, mancus eris. Quanta uero ars huiusmodi sit, non ea uia quam Gorgias et Thrasymachus secuti sunt, sed alia potius constare uidetur. PHE. Quanam maxime. SO. Videtur, o uir optime, non iniuria Pericles oratum omnium perfectissimus extitisse. PHE. Cur? SO. Magnae quaelibet artes exercitatione, dialectica contemplationeque sublimium in natura rerum indigent. Ipsa enim mentis? Sublimitas et uis efficax in quauris re perficienda hinc quodammodo proficisci uidentur quod Pericles ad ingenii acumen adiunxit. Anaxagorae namque huiusmodi rerum indagatoris familiaritate fretus, contemplationi se tradidit. Mentisque et dementiae naturam illam comprehendit, de qua Anaxagoras diffuse disseruit. Vnde ad dicendi artem quod ipsi conducere uidebatur, traduxit. PHE. Quomodo id ais. SO. Medendi artis atque dicendi eadem ferme ratio est. PHE. Quonam pacto? SO. In utrisque partiri naturam oportet, corporis quidem in una, in altera animae si modo non exercitatione solum, et usu uerum etiam arte corpori medicinas et alimenta ita sis prebiturus, ut et sanum et robustum efficias; animas autem per rationes legitimasque institutiones persuasionem affatim uirtutemque adhibiturus. PHE. Ita uerisimile est, o Socrates. SO. Animae uero naturam absque totius natura sufficienter cognosci posse existimae. PHE. Si Hippocrati Asclepi successori credendum est neque etiam corporis naturam sine doctrina huiusmodi comprehendere posse putabimus. SO. Scite loquitur, o amice. Oportet autem praeter Hippocratem considerare utrum disputationis nobis ratio consonet. PHE. Assentior. SO. De naturae igitur perscrutatione quid Hippocrates et uera ratio dicat attende. An non ita cuiusque natura excogitanda est? Primo quidem utrum simplex illud sit an multiplex de quo et

ipsi habere artem et aliis dare posse desideramus; deinde si est simplex, inuestigandum quam et ad quid in agendo rursusque quam et quo in patiando natura habeat. Quod si species habet multas, his dinumeratis in singulis similiter ac in una naturalis et agendi et patiendi uis inquirenda. PHE. Sic apparet, o Socrates. SO. Sine his uero progressio tanquam caeci iter esse uidetur. Non tamen caeco uel surdo qui arte tractat aliquid est comparandus. Sed patet quod quisquis arte alicui sermones accommodat, naturam substantiae illius exquisite monstrabit cui sermones adhibet; id autem est anima. PHE. Absque dubio. SO. Nonne ad id studium illius omne contendit, ut huic penitus persuadeat? PHE. Prorsus. SO. Constat igitur quod Thrasymachus et quicumque alius tradendae incumbit rhetoricae, primo quidem summa diligentia describere declarareque debet utrum anima naturaliter unum et quiddam simile sit an secundum formam corporis multiplex hoc enim esse dicimus naturam ostendere. PHE. Omnino. SO. Secundo quid facere cuique quidue a quoque pati queat ostendet. PHE. Certe. SO. Tertio distinctis sermonum animaeque generibus atque affectibus causas omnes percurrere, singula singulis accommodans docensque qualis animas qualibus sermonibus quamue ob causam necessario haec quidem mouetur; illa uero nequaquam. PHE. Praeclarissimum, ut uidetur, hoc esset. SO. Neque igitur hoc, o amice, neque aliud quicquam si aliter tractetur, artificiose unquam tractabitur. Nostri uero in hac arte scriptores, quos ipse audisti, callidi sunt et animae naturam pulcherrime cognoscentes nos coelant. Nos uero priusquam hoc modo loquantur et scribant, nunquam ex arte eos scribere conflitebimur. PHE. Quem dicis modum? SO. Verba quidem ipsa non facile dixerim. Quo autem modo scribere oporteat si arte scripturi simus, quoad fieri potest exponam. PHE. Dic obsecro. SO. Postquam dicendi facultas quaedam animi attractio ac productio est, futurum oratorem necesse est quot species animus habet cognoscere, hae uero tot talesque sunt.

Vnde tales alii, alii tales efficiuntur; his ita distinctis sermonum quoque tot talesque sunt species. Tales igitur animi, talibus quibusdam sermonibus certa quadam de causa ad talia quaedam facile persuadentur. Aliter uero affecti aliquam ob causam, minime. Oportet itaque hominem talia contemplatum, quando haec in singulis fiunt iamque in ipsa re sunt ea per sensum uelociter assequi; alioquin nondum quicquam plus habere quam uerba silbi quondam a doctoribus tradita. At cum sufficienter potest dicere qualis a qualibus sermonibus suadetur, praesentemque hominem acute persentit eo ingenio peditum esse de quo antea fuerit disputatum; sioque ipsum esse talibus sermonibus ad talia compellendum, is ita instructus, tunc demum perfecte artem hanc erit consecutus cum ad superiora haec adiunxerit, ut oportunitatem loquendi tacendique calleat et usum abusumue breuiloquii. Commiserationis, uehementiae acrioris amplificationisque caeterarumque partium orationis a praeceptoribus traditarum recte cognoscat; prius uero nequaquam. Eum uero qui horum quodis caruerit in dicendo aut docendo aut scribendo dixeritque ex arte uerba se facere, qui non persuadetur exsuperat. Casterum scriptor ita forsitan nos compellabit "o Phaedre atque Socrates ita ne prorsus an aliter dicendi artem capessendam esse censetis?" PHE. Impossibile est, o Socates, aliter ; quamuis non peruum id opus appareat. SO. Vera loquaeris atque horum causa oportet omnibus sursum deorsumque sermonibus reuolutis perquirere nunquid uia ad illam ulla facilius breuiorque occurrat, ne temere perlongam et asperam pererremus, cum liceat per breuem et planam incedere. Quare siquam tu opem affere potes per ea qua a Lysia uel aliquo alio accepisti, reuoca in memoriam et expone. PHE. Experimenti causa posse quidem, non tamen ad praesens. SO. Visne ego tibi et sermonem recenseam? Quem aliquando de huiusmodi rebus audiui? PHE. Quidni? SO. Fertur iustum esse, o Phaedre, lupi illud dicere ac tu ita facias. Aiunt utique nihil oportere haec tantum extollere

neque ad superna longo ambitu disputationis effere. Quippe sicut in disputationis principio diximus, oratorem futurum non oportere ueritatem nosse de iustis et bonis siue rebus siue hominibus natura uel educatione talibus. Nam in iudiciis nulli prorsus horum ueritatem sed persuasionem curae unquam esse solere. Id autem esse uerisimile ad quod mentem intendere debeat qui sit arte dicturus. Neque facta dicenda esse aliquando nisi probabile sit facta fuisse; sed tam in accusatione quam defensione semper uerisimilia inducenda. Et omnino dicentem uerisimile quidem persequi, uerum autem negligere; hoc enim si in omni oratione seuetur, perfectam artem oratoriam exhibere. PHE. Ea narrasti, o Socrates, quae dicunt qui artem rhetoricam profitentur. Memini enim id nos in superioribus breuiter attingisse. Videtur autem hoc magnum quiddam esse his qui in hac arte uersantur. Sed et Lisiam ipsum grauiter pessum dedisti. SO. Dicat ergo id quoque nobis Lisias nunquid aliud probabile et uerisimile nuncupet quam quod uulgo uidetur? PHE. Quuidnam aliud? SO. Hoc praeterea scitum et artificiosum inuenisse et scripsisse uidetur, quod si quis imbecillis et audax cum robustum quendam timidumque uerberibus caesum spoliauerit, in iudicium deducatur, neutrum horum uerum confiteri oportet, sed timidum quidem dicere non a solo audace illo esse se caesum; audacem uero hoc refellers, solos fuisse monstrantem atque ad tale quiddam confugere. Quonam pacto imbecillis cum sim robustum hunc inuasiste? Ille autem timiditatem suam non dicet, sed falsum aliquid excogitans forte aduersarium arguet atque in illis etiam talia quaedam sunt quae arte dicuntur. An non sic est, o Phaedre? PHE. Ita prorsus. SO. O quam callide astrusam artem adinuenisse uidetur Lisias, uel quicumque alius fuerit uel quocumque alio cognomine delectetur. Sed numquid hoc, o amice, dicemus an non? PHE. Quid istud. SO. O Lisia, iam pridem ante accessum tuum affirmabamus probabile istud et uerisimile uulgo non aliter quam per ueritatis similitudinem fieri. Similitudines autem ueri ab eo qui ueritatem nouit aptissime ubique repper-

riri posse asserebamus. Quapropter si aliud quicquam de hac arte dixeris, auxultabimus quidem; sin minus his qua paulo ante diximus, fidem praestabimus. Quod uidelicet nisi auditorum quis ingenia no- uerit dixerintque atque res iosas in species suas discreierit rur- susque singula idea una comprehenderit, nunquam dicendi artem quoad homini licet adipiscetur; haec autem sine longo studio as- sequetur nunquam. In quo non ideo insudabit uir prudens, ut dice- re et egere ad homines possit sed, ut ea potius, et loqui et face- re quae diis grata sint ualeat. Viri enim nobis sapientiores, o- Lisia, uirum mentis compotem aiunt non id meditari debere, ut con- seruis suis nisi prout contigerit obsequatur, sed ut dominis bonis atque ex bonis obtemperet. Quamobrem si longior sit circuitus, ne mireris. Non enim, ut ipse putas, sed magnarum rerum gratia circum- eundum. Erunt autem, ut ratio dictat siquis uoluerit haec quoque pulcherrime ex illis effecta. PHE. Per pulchre admodum dici hoc uidetur, o Socrates, modo aliquis assequi possit. SO. At praecla- rum est ad praeclara semper anniti et quicquid contigerit tolera- re. PHE. Valde. SO. De arte hactenus et inscitia orationis satis- sit dictum. PHE. Satis profecto. SO. Reliquum est ut de scribendi decore et in decentia quomodo fiat disseramus. PHE. Plane. SO. Scisne quo pacto maxime de sermonibus dicendo uel agendo del pla- cere potes?. PHE. Minime. Tu uero?. SO. Audiui equidem nonnulla a ueteribus tradita, uerum autem ipsi intelligunt. Id uero si nos inueniremus, nunquid humanarum opinionum nobis amplius cura esset. PHE. Ridicula sane interrogatio, sed que audisse dicis recense. SO. Audiui equidem circa Vacratim Egypti priscorum quendam fuisse deorum, cui dicata sit auis quam ibim uocant. Daemoni autem ipsi nomentheuth; hunc primum numerum et computationem inuenisse nume- rorum gemetriademque et astronomiam, talorum rursus alearumque ludos et litteras. Erat tunc totius Egypti rex Thamus in eminentissima amplissimaque ciuitate, quas Graeci Egyptias Thebas appellant deu-

mque ipsum ammonem uocant. Ad hunc theuth profectus artes demons-
 trauit suas dixitque eas distribui deinceps Egyptiis caeteris opor-
 tere. Verum ille quae cuiusque utilitas foret interrogauit et ip-
 so referente quod bene dictum uidehatur, probabat quidem, quod con-
 tra, uiteperabat. Vbi multa de qualibet arte in utramque partem
 Thamus fertur theuthi ostendisse, quorum singula si enarrare perga-
 mus, prolixior erit oratio. Cum uero ad litteras descendissent,
 "disciplina hac" inquit theuth" o Rex, sapientiores magisque memo-
 riosos Egyptios faciet". Memoriae namque et sapientiae remedium id
 est inuentum. At ille o artificiosissime theuth inquit. Alius quidem
 ad artis opera fabricanda idoneus est. Alius ad iudicandum promp-
 tior quid emolumenti uel damni sint utentibus allatura. Atqui et
 tu litterarum pater propter beniuolentiam contrarium quam efficere
 ualeant affirmasti. Nam illarum usus propter recordationis negli-
 gentiam abliuionem in animo discentium pariet. Quippe quae exter-
 nis litterarum confisi munimentis res ipsas intus animo non reuo-
 luent. Quamobrem non memoriae sed commemorations remedium inuenisti.
 Nam cum multa absque praeceptoris doctrina perlegerint, multarum
 rerum periti uulgo cum ignari sint uideburntur. Consuetudine quo-
 que molestiores erunt utpote qui non sapientia ipsa sint prediti,
 sed opinione sapientiae subornati. PHE. Facile tu, o Socrates, Egyp-
 tios et alios cuius quis gentis sermones facit. SO. At, o amice,
 qui in Iouis Dodonei templo uersantur ex quercu sermones primos fa-
 tidios erupisse asserunt. Priscis itaque illis utpote qui non ita,
 ut uos recentiores sapientes erant, satis erat ob eorum inscien-
 tiam petras et quercus audire, modo uero promerent. Tu forsitan in-
 teresse censes quis nam cuiusue sit qui dixerit. Non enim id solum
 consideras uera ne an falsa dicantur. PHE. Recte admodum increpui-
 ti ac mihi uidetur ita in litteris euenire ut Thebanus ait. SO. Igi-
 tur quicumque se putat si artem aut mandare litteris aut mandatam
 suscipere, ut certum quiddam et firmum ex litteris sit futurum dum .

admodum ineptus est ac reuera Ammones uaticinium prorsus ignorat, cum plus aliquid inscriptus esse credat praeter id quod scienti res ipsas que in litteris significantur commemorant. PHE. Rectissime. SO. Graue id habet, o Phaedre, scriptura et picturae reuera persimile picturae namque opera tanquam uiuentia extant; si quid uero rogauerit, uerecunde admodum silent non aliter sermones putauit fortasse quasi aliquid ipsos intelligentes dicere. Verum si sciendi auidus ab his dictorum aliquid scitaueris. Idem in his semper est unum significatur. Omnisque sermo cum semel scriptus est, passim reuoluitur eque apud intelligentes. Atque alios inter quos minime decet nescitque dicere, quibus oportet et quibus non oportet. Iniuria uero immerito contumeliaque affectus patris semper eget praesidio. Ipse enim, neque aduersario repugnare neque opem ferre sibi ipsi potest. PHE. Haec quoque recte abs te dicta uidentur. SO. Quid porro? Alium uidemus sermones huius fratrem? Quemadmodum legitimus sit et quoniam melior atque potentior quam is nascatur?. PHE. Quem istum? et quomodo fieri dicit?. SO. Eum inquam qui in animo discentis cum scientia scribitur, cui sibi ipsi auxiliari potest intelligitque apud quos loquendum sit, apud quos tacendum. PHE. Scientis sermone dicis uiuentem et animatum, cuius oratio scripta simulachrum quoddam non iniuria nuncupabitur. SO. Omnino sed hoc quoque mihi dicas. Mentis compos agricola nunquid charissima sibi semina, quorum fructus spectat, aestate in Adonis hortis summo studio et diligentia sparget? Ut octo diebus specios inde flores aspiciat? An potius si quoniam id egerit festi cuiusdam diei ludique gratia faciet? At ubi serio agens agriculturae studium adhibuerit, seret quidem ubi conuenit et satis se consecutum putabit, si octo mensium interuallo satio sua ad fruges peruenit. PHE. Ita prorsus, o Socrates, illa quidem ioco, utais haec autem serio faciet. SO. Homine uero iustorum, honestorum bonorumque scientiam possidentem agricola imperitiosem ad semisua spar-

genda putabimus?. PHE. Minime omnium. SO. Non igitur in aqua nigra studiese ipsa calamo cum sermonibus seminabit, cum succurrere illis periclitantibus nequeat; nequeat et ex ipsis ueritatem sufficiente ostendere. PHE. Certe id non est consentaneum. SO. Non sane. Caeterum ortos quidem litterarum ut ludi causa, ut uidetur serret atque describet et postquam scripserit tanquam monumenta thesaurusque ad senestutis futurae obliuionem tam sibi quam caeteris uestigiorum eorundem sectaroribus, letabitur utique natos iam tennellos suos fructus inscipiens caeterisque hominibus ludos alios sequentibus et conuiuia horumque similia celebrantibus, ipse interim his obmissis in sermonum oblectamentis uitam ducet. PHE. Praeclarissimum prae aliorum uilissimo narras, o Socrates, eius ludum qui potes in sermonibus ludere ac de iustitia et aliis que tu discis confabulari. SO. Est ita profecto, amice Phaedre, sed multo mea sententia in his praeclarius studium quoniam quis arte dialectica utens animam nactus idoneam, sermones cum scientia plantat et seminat quae et sibi ipsis et satori suo afferre opem possunt, fructusque producant et semina reddunt. Vnde alii in moribus aliis nati id semper munus immortales seruare possunt atque eum qui haec habet beatissimum quo ad huiusmodi licet efficiunt. PHE. Multo id quoque praeclarius. SO. Nunc iam illa, o Phaedre, his concessis discernere possumus. PHE. Quanam? SO. Ea uidelicet quorum cognoscendorum gratia hucusque descendimus, ut uituperationem Lysiae discuteremus in ipsa scribendi arte sermonesque ipsos qui uel arte uel sine arte scribuntur. Artificiosum quidem et artis exspers satis iam declarasse uidemur. PHE. Sic apparet. SO. Meminisse rursus oportet non prius posse aliquem dicendi artem ad sum calere ad persuadendum atque docendum, ut ratio superior nolis ostendit quam ueritatem earum rerum quas dicit aut scribit cognouerit uniuersamque rem definire et definitione posita rursus secundum species usque ad indiuidua diuidere nouerit atque ha ratione animas contemplatus et

quid cuique ingenio congruum est aucupatus, ita maxime disponat exornetque sermonem; uariae quidem animae uarios et harmonia multi-
 plices simplici uero simplices sermones accommodam. PHE. Sic prorsus apparuit?. SO. Quid autem de illa questione dicemus quam suppetigimus? Honestum ne an turpe sit orationes componere et quomodo studium hos iure uituperari queat, quomodo nequeat. Num superiora nobis hoc satis declarauerunt? PHE. Quaenam illa?. SO. Quippe siue Lysias siue alius quispiam scripsit quandoque aut scribit scribetque priuatim quicquam uel publice ciuiles quasdam constitutiones it ut suis inscriptis magna quoddam stabilitatem et certitudinem putet it esse, turpe id esse scriptori, siue dicatur a quoque siue non dicatur putandum est. Siquidem ignorare quid uerum sit, quid falsum de iustis et iniustis, de bonis et malis etiam si uulgi uniuersum laudauerit fieri nunquam potest quin sit reuera tuppissimum. PHE. Turpissimum. SO. Contra qui scripta ludis ut plurimum iocisque necessario similia censet orationemque nullam aut solutam aut poeticam magno componendi studio dignam esse ducit, instar eorum que sine diiudicatione et doctrina persuasionis gratia carminibus recitari consueuerunt, send reuera sermonum illorum optimus commemorandi scientibus causa fuisse compositos. In sermonibus autem qui docendi discendique causa dicuntur ac uere scribuntur in animo de iustis, honestis et bonis dumtaxat perspicuitatem perfectionemque inesse eosque solos studio dignos existimat iudicatque sermones huiusmodi filios suos legitimos esse uocandos, primum quidem eum qui sibi inest si modo sit adinuentus deinde siqui huius filii et fratres simul in aliis aliorum animis pro dignitate innati sunt, reliquos autem posponit; Hic uir inquam talis, o Phaedre, uidetur esse quales esse nos exoptaremus. PHE. Equidem quae dicis cupio prorsus et uoto precor. SO. Sed haec iam satis a nobis de arte dicendi quasi inludentibus dicta sint. Quare Lysiae dicat, nos ad numphae fontem musarumque cetum profectos, sermones

quosdam audisse qui dicere iusserunt Lysiae caeterisque orationeum scriptoribus. Homero praeterea et siquis alius nudam poesim uel cantu exornam composuit. Soloni postremo et omnibus qui ciuiles institutiones litteris mandauerunt quolddam si ueritatis consciitalia composuerunt possuntque sua in discussionem tracta defendere ac dicendo scripta uerbis uiliora monstrare non utique ab his quae calamo luserunt, sed ab illis potius quae serio excogitarunt cognominandi uidentur. PHE. Quae nam cognomina et quo pacto accommodam? SO. Sapiens cognomen, o Phedre, magnum solique deo conuenire uidetur; philosophi uero aut simili alicuius cognomine eius modi uiros quales modo descripsimus conuenientius modestiusque nuncuparemus. PHE. Certe non dedecet. SO. Eum igitur qui nulla aget in se praestantiore iis quae conscripsi et sursum deorsumque retorquens diuturna emendatione addendo uel substrahendo composuit iure poetam uel orationum legumue scriptorem cognominabis. PHE. Quidni? SO. Hec itaque amico referas tuo. PHE. Tu uero quod facies?. Neque enim amicus tuus praetermitendus. SO. Quis iste?. PHE. Isocratem probum inquam. Quid illi nuntiabis, o Socrates? Quem esse dicemus?. SO. Iuuenis adhuc Isocrates est, o Phedre, Quid autem de illo praesagiam non praeteribo. PHE. Quinam? SO. Videtur mihi praestantiori ingenio esse quam Lysiam sua scripta demonstrent praeterea moribus generosioribus praeditus. Quamobrem nihil mirum putari, si crescentibus annis in arti dicendi cui nunc incumbit magis quam uiri pueris omnibus qui eloquentiae unquam se tradirerunt excellat atque his etiam studii non contentus ad maiora diuiniore quodam instinctu feratur. Inest enim, o amice, ex ipsa natura philosophia quaedam illius ingenio. Haec ego ab iis diis accepta Isocrati mahi dilectissimo nuntio, tu illa Lysie tibi charissimo. PHE. Ita fiet secundum abeamus hinc cum estus non nihil iam efferuerit. SO. Vota prius his facienda sunt quam abeamus. PHE. Quini?. SO. O amice. Pan et alii omnes qui locum hunc colitis dii, date mihi ut pulcher

intus efficiat. Et Quaecumque extrinsecus habeo, instrinsecis sint amica. Diuitem autem sapientem solum existimem. Tantum uero mihi sit auri, quantum nec ferre nes ducere queat alius nisi uir temperans. Nunquid aliud orandum censes, o Phedre, mihi enim satis est optatum. PHE. Mihi quoque eadem opto. Amicorum enim communia omnia. SO. Abeamus.

FINIS PHAEDRI

GRACIA, AMOR, FIDELIDAD, AMISTAD

Marsilio Ficino al poeta Naldo Naldio saluda.

Quería, Naldo, llamarte ahora delicias de Febo y describir tu poesía, como conviene, con muchos elogios: pero me vino a la mente que de ninguna manera debe ser elogiada una musa si no es con la musa; tampoco unos versos si no es con versos. Sin embargo, no puedo acallar los tuyos. ¿Qué me induce a hablar? Amor y fidelidad. Así, pues, elogiaré el amor y la felicidad: la gracia provoca el amor, el amor engendra la felicidad. La fidelidad protege el amor, su padre, y con este alivio a partir del amor se genera la amistad, y, finalmente, la misma fidelidad alimenta la amistad ya nacida, también la aumenta diariamente y la mantiene absolutamente indeleble. ¿Por qué razón creemos que sucede ésto? Porque cuando el resto de cosas cuanto más envejecen, más se debilitan, la amistad en sí, sin embargo, cuanto más vieja es, más robusta. ¿En qué medida muchos favores recibidos de uno y otro lado llevan a ella? En ninguna. La voluntad, pues, al ser libre, se compra libre, puesto que la voluntad no tiene precio. Por lo tanto, una fidelidad probada largo tiempo asegura la amistad, y solamente con la fidelidad sucede que la benevolencia es al mismo tiempo muy antigua y muy robusta. A ésta, más que nada, me complace elogiar. La doctrina sólo es propia de cada uno; la fidelidad, al menos lo es de dos: lo que sabes, lo sabes para tí, en cambio eres fiel tanto a tí como a mí. Que, para mí, sigas bien, Naldo, más fiel que la fidelidad y el amigo más antiguo de todos. Y persiste en la confianza con Bernardo Oricelario, hombre instruido y honrado. Deberás recordar todas las veces que juntamente imaginamos ya sea el ciudadano legítimo, ya sea al hombre feliz, tantas acostumbraste a anteponer cien mil hombres Oricelarios estando de acuerdo Marsilio. De nuevo, que sigas bien. de Abril de 1478.

HAY CUATRO ESPECIES DE FUROR DIVINO; EL AMOR EL MAS EXCELENTE DE TODOS

Marsilio Ficino y Juan Cabalcante al poeta Naldo Naldio saludan.

Tus cartas tan exquisitas nos han sido remitidas a la misma hora en que la luna se unía a Marte en línea recta. ¿Quién hubiese creído cuánto permitía conjeturar desde el mismo cielo el hecho de que éstas tubiesen que vagar con una cierta inestabilidad lunar y estar llenas de furor y del odio de Marte? Por el contrario, no lo están en absoluto. Naturalmente se desplazan con un movimiento no inferior al de la luna, pero se hacen maravillosamente más llevaderas por la sublime armonía entre Uranio y Calíope. No resplandecen por el signo de Marte, sino por el de Venus. No hierven de odio, sino de caridad. En lo cual percibimos sencillamente que lo poético y lo astronómico es verdadero, que Marte es sin duda vencido y subyugado por Vanus. También que lo teológico es verdadero, que el furor divino, evidentemente tan superior a los movimientos celestes, de ningún modo se somete a las estrellas, sino que las rige. Al haber cuatro especies de furor divino -según le parece bien a nuestro Platón- amor, adivinación, misterio y poesía, también el amor se atribuye a Venus, la adivinación a Apolo, el misterio a Dionisio y la poesía a las Musas. El amor en sí divino, arrebatado por el cual tú nos escribes, es considerado el más excelente de todos por las causas: una, sin duda, puesto que los demás furores sin la inspiración del amor nunca se mantienen fieles ni son comparados con la misma cuestión a cuyo alrededor el ánimo se inflama de furor; pero otra, puesto que el amor, cuando vuelve amargo al amante, siempre que se dirige a algo más elevado, con el pensamiento más cerca de Dios, se une a los otros furores. Ya que si empezamos a elogiar tu furor poético. Y como las musas no aspiran a estar con nosotros, porque no podemos alabar con poesía, por lo menos lo intentamos con amor recíproco y siempre lo intentamos.

SOBRE LAS CUATRO ESPECIES DE FUROR DIVINO

También alabanzas ciertas a Laurencio Médici. Marsilio Ficino a Pedro Divicio, muy ilustrado en letras y costumbres.

Puesto que al haber oído en el Banquete de nuestro Platón a los que discutían muy extensamente sobre el amor habrías deseado además algún tipo de resumen acerca del amor, he aportado, por esta razón, un librito sobre el tema que deberíamos leer en la adolescencia, excelente según nuestra capacidad poética y compuesto para el extranjero, otro adolescente. Recuerdo, ciertamente, cuán maravillosamente te complacía oír que el amor en sí no es realmente lujuria, sino como una especie de furor instigado por inspiración divina en mentes excelsas. Además, el furor divino, al igual que el de algún otro tipo, contiene en sí mismo cuatro especies: poesía, adivinación, amor y misterio. Y ciertamente el amor proviene de Venus, la poesía de las Musas, la adivinación de Apolo y el misterio de Dionisio. En resumen, según este planteamiento las mentes de los hombres se moverán ora por un arrebató, ora por otro, muchísimo más que por varios furoros. Quedaba sólo por indagar, inteligentísimo Pedro, si en algo la mente en sí podía ser alentada por múltiples -por así decirlo- dioses al mismo tiempo, excitada, pues, por varios furoros. En verdad no parece nada difícil la cuestión sobre el amor y la poesía. No dudamos, en efecto, que Homero, Píndaro, Calímaco, Safo y Marón fueron agitados por un instinto poético y a la vez amoroso. Epiménides y Sibila fueron movidos, además, por la adivinación. Pero más allá de esto, sólo los engendrados por los dioses pudieron, según dicen, ser inspirados también por los misterios: tal como los (antiguos) Pueblos dicen que fue Orfeo, así los nuestros dicen que fue David. También nosotros hemos conocido el ingenio más afortunado de nuestro siglo:

